tuus quocūqȝ perexeris et redu
cā te ī terrā hanc. nec dimittā n̄
ꝯpleuero vniuerſa q̄ dixi. Cūqȝ
euigilaſſꝫ iacob de ſōno ait. Vē
dn̄s ē ī loco iſto ꝛ ego neſciebā
Pauēſqȝ: ꝙ terribilꝭ ē īq̇t locꝰ
iſte. Nō ē h̄ aliud niſi domꝰ dei et
porta celi. Surgens ergo iacob
mane tulit lapidē quē ſuppoſue
rat capiti ſuo ꝛ erexit ī titulū. fun
dēs oleū deſup Appellauitqȝ no
mē vrb̄ bethel. q̄ prius luza voca
bat̄ Vouit etiā votū dicēs Si fu
erit dn̄s mecū ꝛ cuſtodierit me ī
via p quā ego ābulo ꝛ dederit m̄
panē ad veſcend̄ ꝛ veſtimētum
ad induēd̄. reuerſuſqȝ fuero pſpe
re ad domū pr̄is mei. erit m̄ dn̄s
ī deū ꝛ lapis iſte quē erexi ī titulū
vocabit̄ domꝰ dei cūctorūqȝ q̄ de
deris m̄ decias offerā tibi.

Profectꝰ ḡo iacob Ca. xxix
veīt ī terrā oriētalē ꝛ vidit
puteū ī agro: tres qȝ greges oui
um accubētes iuxta eū. Nā ex il
lo adaq̄bāt̄ pecorā ꝛ os eiꝰ grādi
lapide claudebatur. moſqȝ eāt ut
cūctis ouibus ꝯgregatis deuol
uerēt lapideꝫ ꝛ refectis gregibꝰ
rurſū ſup os putei pōerēt. Dixitqȝ
ad paſtores Frēs vn̄ eſtis. Qui
rn̄derūt. De arā. Quos īterrogās
nūq̇d ait noſtis labā filiū nac
hor. Dixerūt Nouimꝰ. Sanuſne ē
īq̇t. Valꝫ īquīt. ꝛ ecce rachel
filia eiꝰ veīt cū grege ſuo Dixitqȝ
iacob. Adhuc mlt̄ū diei ſup eſt
nec ē tps ut reducant̄ ad caulas
greges Date ān potū ouibꝰ ꝛ ſic
eas ad paſtū reducite. Qui rn̄de
rūt. Nō poſſumꝰ donec oia pecorā cō
gregēt̄ ꝛ amoueamꝰ lapideꝫ de
ore putei vt adaq̄mus greges.
Adhuc loq̄bāt̄ ꝛ ecce rachel veni
ebat cū ouibꝰ patris ſui. Nā gre
gem ipā paſcebat Quā cū vidiſ
ſet iacob ꝛ ſciret cōſobrinam ſu
ā. oueſqȝ labā auūculi ſui amo
uit lapidē quo puteꝰ claudebat̄
ꝛ adaq̄to grege oſculatus eſt eā

Et eleuata voce fleuit ⁊ indicauit
ei ꝙ frater eſſꝫ pr̄is ſui ⁊ filius re
becce. At illa feſtinans nūciauit
patri ſuo. Qui cuꝫ audiſſꝫ veniſſe
iacob filiū ſororis ſue occurrit ob
uiā ei ꝯplexuſq; euꝫ ⁊ in oſcula ru
ens duxit in domū ſuam Auditis
aūt cauſis itineꝛis r̄ndit. Os meū
es ⁊ caro mea Et poſtꝙ̄ īpleti ſunt
dies mēſ vnꝰ dixit ei Nū qꝛ frater
meꝰ es ḡtis ſerui es mihi: Dic ꝗd
mercedis accipias Habebat vero
duas filias. Nomen maioris lya
minor vero appellabat̄ rachel. Sꝫ
lya lippis eāt oculis. rachel decoꝛā
fatie ⁊ venuſto aſpcū quā diligēs
iacob ait. Seruiaꝫ tibi ꝓ rachel fi
lia tua minore ſeptē annis Reſpō
dit laban. Meliꝰ eſt vt tibi eaꝫ dē
ꝙ̄ alteri viro Mane apud me. Ser
uiuit ergo iacob ꝓ rachel ſeptem
annis ⁊ videbātur illi pauci dies
p̄ amoris magnitudīe Dixitq; ad
laban. Da mihi vxorē meā. qꝛ iaꝫ
tēpus expletū eſt vt igrediar ad
illaꝫ. Qui vocatis multis amicoꝝ
turbis ad ꝯuiuiū fecit nupcias ⁊
veſpere lyā filiam ſuā introduxit
ad eū dās ancillā filie zelphā no
mīe. Ad quā cū ex more iacob fu
iſſꝫ ingreſſus facto mane vidit ly
am ⁊ dixit ad ſocerꝝ ſuū. Quid eſt
qđ facere voluiſti. Nōne ꝓ rachel
ſeruiui tibi: Quare īpoſuiſti mihi:
R̄ndit labā. Nō eſt ī loco nr̄o cō
ſuetudinis vt minores an̄ trada
muꝰ ad nupcias. Imple ebdoma
dā dierū huiꝰ copule ⁊ hācq; da
bo tibi ꝓ opere quo ſeruiturꝰ es mi
hi ſepteꝫ ānis aliis. Acqeuit pla
cito ⁊ ebdomada trāſacta rachel
duxit vxorem. Cui pr̄ ſeruaꝫ balā

tradiderat. Tādemq; potitꝰ opta
tis nupciis amorē ſeqn̄tis priori
p̄tulit ſeruiēs apđ eū ſeptē ānis.
aliis Vidēs aūt dn̄s ꝙ deſpiceret
lyā aperuit vuluā eius ſorore ſte
rili pmanēte. Que ꝯceptū genuit
filiuꝫ vocauitq; nomē eiꝰ ruben di
cēs. Vidit dn̄s humilitatē meaꝫ.
Nūc amabit me vir meus. Rurſū
q; ꝯcepit ⁊ pepit filiuꝫ ⁊ ait. Quo
niaꝫ audiuit me dn̄s haberi ꝯtēp
tui dedit eciaꝫ iſtū mihi. Vocauit
q; nomē eius ſymeon Cōcepitq;
tertio ⁊ genuit alium filiū dixitq;
Nuncq; copulabit̄ mihi maritus
meus eo ꝙ pepeꝛim ei tres filios.
Et idcirco appellauit nomē eius
leui. Quarto cōcepit ⁊ pepit filiū
⁊ ait Modo ꝯfitebor dn̄o ⁊ ob hoc
vocauit eū iudā. Ceſſauitq; parē.

Cernēs aūt rachel ¶ Ca. xxx.
ꝙ infecūda eſſꝫ inuidit ſoro
ri ſue ⁊ ait marito ſuo. Da mihi li
beros alioqn̄ moriar. Cui iratus
r̄ndit iacob. Nū ꝓ deo ego ſū qui p̄
uaui te fructu ventris tui: At illa
Habeo inqt famulā balā ingredē
re ad illam vt pariat ſuper genua
mea ⁊ habeaꝫ ex illa filios. Dedit
q; illi balā in ꝯiugiū. Que igreſſo
ad ſe viro ꝯcepit ⁊ pepit filiū. Di-
xitq; rachel. Iudicauit mihi dn̄s
⁊ exaudiuit vocē meā dans mihi
filiū Et idcirco appellauit nomen
eius dan. Ruꝛſūq; bala ꝯcipiens
pepit alterū ꝓ q̄ ait rachel. Cōpa
uit me dn̄s cuꝫ ſorore mea ⁊ inua
lui. Vocauitq; eū neptalim. Sen
tiens lya ꝙ pere deſiſſꝫ zelpham
ancillā ſuā marito tradidit Qua
poſt ꝯceptū edēte filiū dixit Felici
ter. Et idcirco vocauit nomē eius

gad Peperit quoque zelpha alterū. di
xitque lya Hoc pro beatitudie mea
Beatā quippe me dicēt omes mu
lieres. Propterea appellauit eū
aser Egressus aūt ruben tpe messis
triticee i agrū reperit mandrago
ras quas matri lye detulit Dixitque
rachel. Da mihi partē de mādra
goris filij tui Illa rn̄dit Parū ne
tibi videt' qḋ p̄ripueris maritū m̄
nisi etiā mādragoras filij mei tu
leris? Ait rachel. dormiat tecū
hac nocte pro mandragoris filij
tui Redeūtique ad vespā iacob de a
gro egressa ē in occursū ei' lya ⁊
ait Ad me inqt itrab' qz mercede
cōduxi te pro mādragoris filij mei
Dormiuitque cū ea nocte illa ⁊ ex
audiuit de' p̄ces ei' Cōcepitque ⁊
pepit filiū quintū ⁊ ait. Dedit de
us mercedē mihi qz dedi ācillam
meā viro meo. Appellauitque no
men ei' ysachar Rursū lya cō ci
piēs pepit sextū filiū ⁊ ait. Dita
uit me de' dote bona. Etiā hac vi
ce mecū erit marit' me' eo qḋ ge
nuerim ei sex filios Et idcirco ap
pellauit nomē ei' zabulō Post
quē pepit filiā nomie dinam. Re
cordatusque dn̄s rachelis. exaudi
uit eā ⁊ apuit vuluā ei' q̄ conce
pit ⁊ pepit filiū dicens. Abstulit
de' opprobriū meum Et vocauit
nomē illi' ioseph dicens Addat
m̄ dn̄s alterū. Nato āt ioseph: di
xit iacob socero suo Dimitte me
vt reuertar i patriā meā ⁊ ad ter
rā meā Da mihi vxores ⁊ libe
ros meos pro qb' seruiui t' vt abeā
Tu vero nosti seruitutē q̄ serui
ui t' Ait ei labā. Inueniā grāz in
cōspectu tuo Experimēto didici qḋ
bn̄dixerit mihi de' ppter te Con
stitue mercedē tuā quā dem tibi.
At ille rn̄dit Tu nosti quo seruie
rim tibi ⁊ quanta in manib' meis
fuerit possessio tua. Modicū ha
buisti añq̄ venirē ad te ⁊ nunc
diues effect' es. bn̄dixitque tibi de
us ad itroitū meū Iustū est igit'
vt aliqñ puideam domui mee di
xitque labā Quid tibi dabo? At il
le ait Nihil volo sed si feceris qḋ
postulo: iterū pascā ⁊ custodiā pe
cora tua. Gira oēs greges tuos
⁊ separa cūctas oues varias et
sparso vellere ⁊ qḋcūque furuū et
maculosū variūque fuerit. tā in o
uib' q̄ i capris. erit merces mea
Respōdebitque mihi cras iusticia
mea qñ placiti tēp' aduenerit
corā te ⁊ oīa q̄ n̄ fuerint varia ⁊
maculosa ⁊ furua tā i ouib' q̄
i capris furti me arguēt. Dixitque
labā Gratū habeo qḋ petis Et se
parauit i die illa capras ⁊ oues
⁊ hircos ⁊ arietes varios ⁊ ma
culosos Cūctū āt gregē vnicolo
rē id ē albi ⁊ nigri velleris. tra
didit i manu filiorū suorū ⁊ posu
it spaciū itineris iter se ⁊ generū
triū dierū q̄ pascebat reliqs gre
ges ei' Tollens ergo iacob vir
gas populeas virides ⁊ amigda
linas ⁊ ex platanis ex pte decorti
cauit eas. Detractisque corticib' i
hijs q̄ spoliata fuerāt cādor appa
ruit. illa vero q̄ itegra fuerūt viri
dia pmāserūt. atque in huc modū
color effect' est vari' Posuitque
eas i canalib' vbi effūdebat' a
q̄. vt cū venisset greges ad bibēdū
ante oculos haberent virgas
in aspectu earum conciperent

Factūqꝫ eſt ut ī ip̄o calore coitꝰ
oues ītuerent̄ virgas ⁊ parerēt
maculoſa ⁊ varia et diu̓ſo colo
re reſperſa Diuiſitqꝫ gregē iacob
et poſuit virgas ī canalibꝰ ante
oculos arietū Erāt aūt alba ⁊ ni
gra queqꝫ labā cetera v̂o iacob
ſeparatis inter ſe gregibꝰ. Igit̄
qn̄ primo tp̄e aſcendebant̄ oues
ponebat iacob virgas in canali
bus aquaꝝ an̄ oculos arietū et
ouiū ut in eaꝝ ɔtēplacōe cōcipe
rent qn̄ vero ſerotina admiſſura
erat et ɔceptꝰ extremꝰ nō pone
bat eas Factaqꝫ ſūt ea q̄ erāt ſe
rotina labā ⁊ que p̄mi tēporis ia
cob. Ditatuſqꝫ ē hō vltra modū
⁊ habuit greges mlt̄os ācillas
⁊ ſuos camelos ⁊ aſinos.

Poſtq̄ꝫ aūt audi ¶ Ca. xxxi.
uit verba filioꝝ labā dicē
tium. tulit iacob oīa que fuerūt
patris nr̄i ⁊ de illius facultate di
tatus factꝰ ē inclitꝰ. animaduer
tit q̄ꝫ faciē labā qꝫ nō eſſꝫ erga ſe
ſicut heri et nudiuſtertiꝰ. maxīe
dicēte ſibi dn̄o Reuertere ī terram
patrū tuoꝝ et ad gn̄acōem tuaꝫ
eroqꝫ tecū. miſit ⁊ vocauit rachel
et lyam ī agrū vbi paſcebat gre
ges dixitqꝫ eis. Video faciē p̄ris
vr̄i qꝫ nō ſit erga me ſicut heri et
nudiuſtertiꝰ Deus aūt p̄ris mei
fuit mecū et ipſe noſtis qꝫ totis
viribꝰ meis ſeruierim p̄ri vr̄o Sed
⁊ pat̄ veſter circūuenit me ⁊ mu
tauit mercedē meā decē vicibꝰ. et
tn̄ n̄ dimiſit eū deꝰ ut noceret m̄.
Si quādo dixit varie erūt merce
des tue pariebāt om̄es oues va
rios fetꝰ. qn̄ vero e contrario ait
alba q̄qꝫ accipies ꝓ mercede om
nes greges alba pepeꝛūt. Tulit
qꝫ deꝰ ſubſtāciā patris vr̄i et de
dit m̄ Poſtq̄ꝫ em̄ ɔceptꝰ ouiū tē
pꝰ aduenerāt leuaui oculos me
os et vidi in ſōnis aſcēdētes ma
res ſup feīas uāios ⁊ maculoſos
et diu̓ſoꝝ coloꝝ. Dixitqꝫ angelꝰ
dn̄i ad me ī ſōnis. Jacob Et ego
rn̄di. Aſſū. Qui ait Leua oculos
tuos et vide vniu̓ſos maſculos
aſcēdentes ſup feminas varios
maculoſos. atqꝫ reſp̄ſos Vidi e
nim oīa q̄ fecit tibi laban Ego ſū
deus bethel. vbi vnxiſti lapidem
⁊ votū vouiſti m̄ Nunc ergo ſur
ge ⁊ egredē̓ de terra hac reu̓tens
in t̄rā natiuitatis tue Rn̄derūtqꝫ ra
chel et lya Nūquid hēmꝰ reſidui
quicq̄ꝫ ī facultatibꝰ et hereditate
domus p̄ris nr̄i. Nonne q̄ſi alie
nas reputauit nos ⁊ vēdidit co
meditqꝫ p̄tiū nr̄m. Sꝫ deꝰ tulit o
pes p̄ris nr̄i et eas tradidit nob
ac filijs nr̄is. Vn̄ oīa q̄ p̄cepit ti
bi dn̄s fac Surrexit aūt iacob ⁊
ip̄oſitis liberis ac cōiugibꝰ ſuis
ſup camelos abijt. tulitqꝫ oē̄ ſb
ſtātiā ſuā ⁊ greges et quicq̄d in
meſopothamia acq̄ſierat p̄gēs
ad yſaac p̄rē ſuū ī terra chana
an Eo tēpe ierat laban ad ton
dēdas oues ⁊ rachel furata ē ydo
la p̄ris ſui Noluitqꝫ iacob ɔfiteri
ſocero ſuo qꝫ fugeret Cūqꝫ abiſſꝫ
tā ip̄e q̄ꝫ oīa q̄ iuris ſui erāt et ā
ne trāſmiſſo p̄geret cōtr̄ montē
galaad. nūciatū ē laban die ter
tio qꝫ fugēt iacob Qui aſſūptis
f̄ribꝰ ſuis p̄ſecutus eſt eū diebꝰ
ſeptē ⁊ ɔp̄hendit eū in monte ga
laad. Viditqꝫ in ſomnis dicētem
ſibi dn̄m. Caue ne quicq̄ꝫ aſpere

loquaris cōtra iacob quicq̄ durius. Iā𝔮 iacob
extēderat in mōte tabnaculū. Cūq̄
ille cōsecutus fuiſſ; eū cū fratrib;
suis in eodē mōte galaad dixit tē
toriū. Et dixit ad iacob. Quare ita
egisti vt clam me abigeres filias
meas q̄si captiuas gladio. Cur
ignorante me fugere voluisti nec
indicare mihi vt ꝓsequerer te cum gau
dio ⁊ cāticis ⁊ tīpanis ⁊ citharis.
Non es passus vt oscularer filios
meos ⁊ filias. Stulte operatus es
Et nūc q̄dem valet man⁹ mea red
dere tibi malū. ſed deus pr̄is tui heri
dixit mihi. Caue ne loquaris cōtra
iacob quicq̄ durius. Esto. Ad tu
os ire cupiebas ⁊ desiderio erat ti
bi domus pr̄s tui. Cur furatus es
deos meos. Respondit iacob. Qꝫ
inscio te ꝓfect⁹ sū: timui ne violen
ter auferres filias tuas. Qꝫ autem
furti me arguis apud quēcūq̄ in
ueneris deos tuos: necet̄ corā fr̄i
bus nr̄is. Scrutare quicq̄d tuorū
apud me inueneris aufer. Hec di
cēs ignorabat q̄ rachel furata es
set ydola. Ingressus itaq̄ labā ta
bernaculū iacob ⁊ lye ⁊ vtriusq̄
famule nō inuenit. Cūq̄ intraſſ;
tētoriū rachelis: illa festinans ab
scōdit ydola sbter stramēta came
li ⁊ sedit desup: scrutantiq̄ oē tēto
riū ⁊ nihil inueniēti ait. Ne irasca
tur dn̄s meus q̄ corā te assurge
re nequeo. qꝛ iuxta cōsuetudīē fe
minarū nūc accidit mihi. Sic delu
sa sollicitudo querētis ē. Tumēs
q̄ iacob cū iurgio ait. Quā ob cul
pā meā ⁊ ob qd peccatū meū sic
exarsisti post me ⁊ scrutat⁹ es oēm
supellectilē meā. Quid inuenisti
de cūcta sbstātia domus tue. Po

ne hic corā fratrib⁹ meis ⁊ fratribus tu
is ⁊ iudicēt inter me ⁊ te. Idcirco
viginti annis fui tecū? oues tue ⁊
capre steriles non fuerūt. arietes
gregis tui nō comedi. nec captū a
bestia ostēdi tibi. Ego damnū oē
reddebā. Quicq̄d furtim peribat a
me exigebas: die noctuq̄ estu vre
gebar ⁊ gelu. fugiebatq̄ somn⁹
ab oculis meis. Sicq̄ p viginti an
nos in domo tua seruiui tibi: q̄tuor
decī ꝓ filiab⁹ ⁊ sex ꝓ gregibus tu
is. Immutastiq̄ mercedē meā decē
vicib⁹. Nisi de⁹ pr̄is mei abraham
⁊ timor ysaac affuiſſ; mihi: forsitan
modo nudum me dimisisses. Affli
ctōē; meā ⁊ laborē manuū mearū
respexit dominus ⁊ arguit te heri. Re
spōdit ei laban. Filie mee ⁊ filij ⁊
greges tue ⁊ omnia q̄ cernis mea
sūt. Quid possum facere filijs ⁊ ne
potib⁹ meis. Veni ergo ⁊ ineamus
fedus vt sit testimoniū inter me ⁊
te. Tulit itaq̄ iacob lapidē ⁊ ere
xit illū in titulū. Dixitq̄ fratribus
suis. Afferte lapides. Qui cōgregā
tes fecerūt tumulū: comederūtq̄ su
per eū. Quē vocauit labā tumulū
testis ⁊ iacob aceruū testimonij
vterq̄ iuxta ꝓprietatē lingue sue. Di
xitq̄ labā. Tumul⁹ iste testis erit
inter me ⁊ te hodie. Et idcirco ap
pellatū est nomē ei⁹ galaad id ē
tumul⁹ testis. Et adiecit labā. In
tueat̄ ⁊ iudicet dn̄s inter nos qn̄
recesserim⁹ a nob: si afflixeris filias
meas ⁊ si introduxeris alias vxo
res sup eas. Nullus sermōis nr̄i te
stis est absq̄ deo q̄ p̄sens respicit.
Dixitq̄ rursus ad iacob. En tumu
lus hic ⁊ lapis quē erexi inter me
⁊ te testis erit. Tumulus inq̄ iste

et lapis sint in testimoniu͂. si aut͂
ego trãsiero illu͂ p̄gens ad te aut
tu p̄terieris malu͂ mihi cogitans
deus abraha͂ ⁊ de⁹ nachor iudi
cet inter nos deus p̄ris eoꝝ Iura
uit ḡ iacob p̄ timore͂ p̄ris sui ysa
ac ꝑ̄molatisq͂ victimis in monte
vocauit fr̄es suos ut ederēt pane͂.
Qui cu͂ comedissent ma͂serūt ibi.
Laban vero de nocte cõsurge͂s os
culatus est filios ⁊ filias suas ⁊
bn̄dixit ill' reu͂susq͂ ē in locu͂ suu͂.
Iacob aut͂ abiit in iti ¶ Ca. xxxii.
nere quo ceperat. fuerūtq͂ ei obuia͂
angeli dei. Quos cum vidiss; ait.
Castra dei sunt hec. Et appellauit
nome͂ loci illi⁹ manaim id est ca
stra. Misit aut͂ ⁊ nūtios an͂ se ad
esau fr̄e; suu͂ in terra seyr in regi
one edom p̄cepitq͂ eis dice͂s. Sic
loquimini dn̄o meo esau Hec di
cit frat͂ tuus iacob. Apud laba͂
p̄egrinatus su͂ ⁊ fui vsq͂ in p̄nte͂
die͂. Habeo boues et asinos et o
ues ⁊ seruos et ancillas. mittoq͂
nu͂c legatõne͂ ad dn̄m meu͂ ut in
ueniã gr͂a; in cõspectu tuo Reuer
siq͂ sūt nu͂cij ad iacob dicentes.
Venim⁹ ad esau fr̄e; tuu͂ ⁊ ecce
p̄perat i occursu͂ tuu͂ cu͂ q̄dringen
tis viris Timuit iacob valde ⁊ p̄
teritus diuisit populu͂ q̄ secu͂ erat
greges q͂z ⁊ oues ⁊ boues ⁊ came
los i duas t͂mas dice͂s. Si vene
rit esau ad vna͂ turma͂ ⁊ p̄cusse
rit ea͂ alia turma q̄ reliq̄ ē salua
bit͂. dixitq͂ iacob. De⁹ p̄ris mei
abraha͂ et de⁹ p̄ris mei ysaac.
dn̄e q̄ dixisti m̄. reu͂tere i terra͂ tua͂
⁊ i locu͂ natiuitatis tue ⁊ bn̄faciã t̄.
minor su͂ cu͂ctis miseratõib⁹ tu
is ⁊ veritate tua quam explesti s

uo tuo. In baculo meo trãsiui ior
dane͂ istum ⁊ nunc cu͂ duab⁹ tur
mis regredior. Erue me de manu
fr̄is mei esau q͂ valde eu͂ time
o ne forte venie͂s p̄cuciat mr͂e; cu͂
filijs. Tu locut⁹ es q͂ bn̄face͂s m̄
⁊ dilatares semen meu͂ sic arena͂
maris q̄ p̄ multitudie nu͂erari n̄
potest Cu͂q͂ dormiss; ibi nocte il
la separauit de hijs q̄ hēbat mu͂e
ra esau fr̄i suo. capras ducentas.
hircos viginti. oues ducentas. et
arietes viginti. camelos fetas cu͂
pullis suis triginta. vaccas qua
draginta. et thauros viginti. asi
nas viginti et pullos eaꝝ dece͂.
Et misit p̄ man⁹ suoꝝ suoꝝ sin
gulos seorsu͂ greges. dixitq͂ pue
ris suis. An͂cedite me ⁊ sit spatiu͂
int͂ grege͂ ⁊ grege͂. Et p̄cepit p̄ori
dice͂s. Si obuiu͂ habueris fr̄em
meu͂ esau. ⁊ interrogauerit te cui⁹
es ā q̄ vadis ā cui⁹ sūt ista que se
q̄ris. r̄ndeb. Serui tui iacob. Mu
nera misit dn̄o suo esau. ipse q͂z
post nos venit. Siliter dedit man
data secu͂do ⁊ tercio ⁊ cu͂ctis q̄ se
q̄bant͂ greges dice͂s. Hijs de͂ verbis lo
q̄mini ad esau cu͂ inueneritis eum
⁊ addetis Ipe q͂z seru⁹ tu⁹ iacob.
iter nr̄m insequit͂ dixit em͂. Pla
cabo illu͂ mu͂erib⁹ q̄ p̄cedūt et po
stea videbo illu͂ Forsita͂ ꝓpiciabit͂
mihi Precesserunt itaq͂ munera
an͂ eu͂. ipse vero ma͂sit nocte illa i
castris. Cu͂q͂ mature surrexiss; tu
lit duas vxore͂s suas et totide͂ fa
mulas cu͂ vndecim filijs ⁊ trãsiuit
vadum iaboch Tra͂sductisq͂ oi
bus que ad se pertinebant ma͂
sit solus et ecce vir luctabat͂ cu͂
eo vsq͂ mane Qui cum videt q͂

eũ ſupare nõ poſſet. tetigit neruũ femoris eius ⁊ ſtatiꝫ emarcuit. Dixitqꝫ ad eũ. Dimitte me. Jam eniꝫ aſcẽdit aurora. Rñdit. Nõ dimittã te niſi bñdixeris mihi. Ait ergo. Qd eſt nomẽ tibi. Rñdit. Jacob. At ille nequaq̃ inq̃t iacob appellabit nomẽ tuũ. ſꝫ iſrł. Quoniã ſi ꝯtra deũ fortis fuiſti: q̃nto magis ꝯtra hoĩes ꝓualebis. Interrogauit eũ iacob. Dic mihi quo appellaris noĩe. Rñdit. Cur q̃ris nomẽ meũ qd ẽ mirabile. Et bñdixit ei in eodẽ loco. Vocauitqꝫ iacob nomen loci illius phanuel dicens. Vidi dñm facie ad faciẽ ⁊ ſalua facta ẽ aĩa mea. Ortuſqꝫ ẽ ei ſtatĩ ſol poſtq̃ trãſgreſſus ẽ phanuel. Ipſe vero claudicabat pede. Quaꝫ ob cauſã nõ ꝯmedũt neruũ filij iſrł qui emarcuit in femore iacob vſqꝫ in preſentẽ diem: eo q tetigerit neruũ femoris eius ⁊ obſtupuerit.

Eleuãs autẽ iacob oculos vidit venienteꝫ eſau ⁊ cũ eo q̃dringentos viros. ¶ Ca. xxxiij. Diuiſitqꝫ filios lye ⁊ rachel ambarũqꝫ famularũ ⁊ poſuit vtraſqꝫ ancillã ⁊ liberos earũ in p̃ncipio. lyã vero ⁊ filios eius in ſecũdo loco. rachel aũt ⁊ ioſeph nouiſſimos. Et ipſe ꝓgrediẽs adorauit ꝓnus ĩ terrã ſepties donec appropinquaret frẽ eius. Currẽs itaqꝫ eſau obuiã fr̃i ſuo amplexatus ẽ eũ. ſtringẽſqꝫ collũ eius ⁊ oſculãs fleuit. leuatiſqꝫ oculis vidit mulieres ⁊ paruulos earũ ⁊ ait. Quid ſibi volũt iſti ⁊ ſi ad te ꝑtineãt. Rñdit. Paruuli ſũt q̃s donauit m̃ deus ſuo tuo. Et appropinquãtes ancille ⁊ filij earuꝫ incuruati ſũt. Acceſſitqꝫ lya cũ pueris ſuis ⁊ cũ ſimilit̃ adoraſſent: extremi ioſeph ⁊ rachel adorauerũt. Dixitqꝫ eſau. Que nã ſũt iſte turme q̃s obuiaꝫ habui. Reſpõdit. Vt inuenirẽ gr̃aꝫ corã domino meo. At ille ait. Habeo plurima fr̃ m̃i ſint tua tibi. Dixitqꝫ iacob. Noli ita obſecro. ſꝫ ſi inueni gr̃aꝫ ĩ oculis tuis accipe munuſculũ de manib⁹ meis. Sic enim vidi faciẽ tuã: quaſi viderim vultũ dei. Eſto m̃ ꝓpici⁹ ⁊ ſuſcipe bñdictõeꝫ quã attuli tibi ⁊ quaꝫ donauit m̃ deus: tribuẽs oĩa. Vix frẽ ꝯpellente ſuſcipiẽs ait. Gradiamur ſimul eroqꝫ ſoci⁹ itineris tui. Dixitqꝫ iacob. Noſti dñe mi q paruulos habeaꝫ teneros ⁊ oues ⁊ boues fetas mecũ: q̃s ſi plus ĩ ambulãdo fecero laborare: morient̃ vna die cuncti greges. Precedat dñs me⁹ añ ſeruũ ſuũ ⁊ ego ſeq̃r paulatim veſtigia ei⁹ ſicvidero paruulos meos poſſe: donec veniaꝫ ad dñm meũ ĩ ſeyr. Rñdit eſau. Oro te vt de ꝓplo qui mecũ eſt: ſaltẽ ſocij remaneãt vie tue. Non eſt inq̃t neceſſe: hoc vno tm̃ indigeo vt inueniaꝫ gr̃aꝫ ĩ ꝯſpectu tuo dñe mi. Reuẽſus ẽ itaqꝫ illo die eſau itinere q̃ venerat in ſeyr. Et iacob venit in ſochot vbi edificata domo ⁊ fixis tẽtorijs: appellauit nomen loci illi⁹ ſochot. i. tabernacula. Trãſiuitqꝫ in ſalem vrbẽ ſichimorum que eſt in terra chanaan. poſtq̃ reuerſus eſt de meſopotamia ſyrie et habitauit iuxta opiduꝫ: emitqꝫ partem agri in q̃ fixerat tabernacula a filijs emor patris ſicheꝫ centũ agnis ⁊ erecto ibi altari: inuocauit ſup illud fortiſſimũ deũ iſrł.

EGreſſa eſt au Ca. xxxiiij.
tē dina filia lye ut videret
muliēs regionis illiꝰ Quā cū vi
diſſet ſichem filius emoꝛ euei pri
ceps terre illiꝰ adamauit eā ⁊ ra
puit ⁊ dormiuit cum illa vi oppri
mēs virginē. Et ꝯglutinata ē aī
ma eiꝰ cū ea triſtēqꝫ deliniuit blā
dicijs pgēs ad emoꝛ patrē ſuū.
accipe īquit mihi puellā hāc cō
iugē. Qđ cū audiſſꝫ iacob abſēti
bus filijs ⁊ in paſtu pecoꝝ̄ occu
patis ſiluit donec redirent Egreſ
ſo aūt emoꝛ prē ſichem ut loq̄re
tur ad iacob ecce filij eiꝰ veiebāt
de agro. auditoqꝫ qđ acciderat i
rati ſūt valde eo ꝙ fedā rem ope
ratꝰ eſſet ī iſrł. et violata filia ia
cob rē illicitaꝫ ꝑpetraſſꝫ. Locutꝰ
ē itaqꝫ emoꝛ ad eos. Sichem filij
mei adheſit aīa filie vr̄e. Date eā
illi vxorē et iūgamꝰ viciſſim con
nubia Filias vr̄as tradite nob̄
⁊ filias nr̄ās accipite et habita
te nobiſcū Terra ī ptāte vr̄a eſt
exercē negotiamini ⁊ poſſidete eā
Sꝫ ⁊ ſichē ad prēꝫ et ad frēs eiꝰ
ait. Inueniā ḡtiā corā vob̄ et q̄
cūqꝫ ſtatueritis dabo. Augete do
tem ⁊ munera poſtulate ⁊ libent̄
tribuā quod petieritis. tm̄ date
mihi puellā hāc vxorē. Rn̄derūt
filij iacob ſichem ⁊ prī eius in do
lo ſeuiētes ob ſtupꝝ ſororis Nō
poſſumꝰ facere qđ petitis nec daē
ſororē nr̄ām hoī incircūciſo qđ il
licitū ⁊ nephariū eſt apud nos
Sꝫ ī hoc valebimꝰ federari Si vo
lueritis eē ſiles noſtri ⁊ circūdat̄
in vobis omis maſculini ſexꝰ. tūc
dabimꝰ et accipiemꝰ mutuo fili
as vr̄as ac nr̄ās et habitabimꝰ
vobiſcū erimꝰqꝫ vnꝰ populꝰ. Si
aūt circūcidi nolueritis tollemꝰ
filiā noſtrā et recedemꝰ Placuit
oblacō eoꝝ emoꝛ ⁊ ſichē filio eiꝰ
nec diſtulit adoleſcēs qn̄ ſtatim
qđ petebat̄ explēt Amabat em̄
puellā valde et erat inditus in ō
ni domo prīs ſui Ingreſſiqꝫ portā
vrbis locuti ſunt ad pplm. Viri
iſti pacifici ſūt. volūt habitare
nobiſcū. Negociēt̄ ī terra et exer
ceāt eā q̄ ſpacioſa ⁊ lata cultori
bus indiget Filias eoꝝ accipie
mꝰ vxores, ⁊ nr̄ās illis dabimus
Vnū ē quo differt̄ tantū bonuꝫ
Si circūcidamꝰ maſculos nr̄os
ritū gētis imitantes et ſubſtātia
eoꝝ ⁊ pecora ⁊ cūcta q̄ poſſident
nr̄a erunt. Tm̄ in hoc acquieſca
mꝰ ⁊ habitātes ſimul vnū effici
amꝰ pplm. Aſſenſiqꝫ ſūt omīs cir
cūciſis cūctis maribꝰ. Et ecce die
tcio qn̄ ḡuiſſimꝰ vulneꝝ dolore
arreptis duo filij iacob ſymeon
et leui fratres dine gladijs ingreſ
ſi ſūt vrbē ꝯfidenter iterfectiſqꝫ oi
bus maſculis emoꝛ ⁊ ſichēꝫ patrē
necauerūt tollētes dinaꝫ de domo
ſicheꝫ ſororē ſuā. Quibꝰ egreſſis
irruerūt ſup occiſos ceteri filij ia
cob et depopulati ſūt vrbeꝫ in vl
tionē ſtupri oues eoꝝ et armen
ta ⁊ aſinos cūctaqꝫ vaſtantes q̄
in domibꝰ ⁊ ī agris erāt puulos
qꝫ eoꝝ et vxores duxerunt capti
uas. Quibus perpetratis auda
cter iacob dixit ad ſimeon ⁊ leui.
Turbatis me et odioſū feciſtis
me chananeis ⁊ phariꝫeis hita
toribꝰ tre huiꝰ Nos pauci ſumꝰ
illi ꝯgregati pcutiēt me ⁊ delebor
ego ⁊ domꝰ mea. Rn̄derūt. Nūqđ

ut scorto abuti debuē sorore nr̄a.
INterea locutus ē de⁹ ¶ Ca.xxxv.
us ad iacob. Surge ⁊ ascende be
thel ⁊ habita ibi: facqꝫ altarē dn̄o
q̄ apparuit tibi qn̄ fugiebas esau
fratrē tuū. Jacob vero cōuocato
omni domo sua ait. Abicite deos
alienos q̄ in medio vestri sunt et
mūdamini ac mutate vestimenta
vr̄a. Surgite ⁊ ascēdam⁹ in bethel
vt faciam⁹ ibi altare dn̄o q̄ exau
diuit me in die tribulacōis mee ⁊
sotius fuit itineris mei. Dederunt
ergo ei oēs deos alienos q̄s habe
bāt et inaures q̄ erāt in auribus
eoꝝ. At ille infodit eas sbter the
rebintū q̄ est post vrbē sichem Cū
qꝫ pfecti essent. terror dei inuasit
oēs p circuitū ciuitates ⁊ non sūt
ausi psequi recedētes. Venit igit
iacob luzam q̄ est in terra chana
an cognomēto bethel: ipse et oīs
pplus cū eo Edificauitqꝫ ibi altarē
⁊ appellauit nomen loci illius do
mus dei. Ibi em̄ apparuit ei de⁹ cū
fugeret frēm suum. Eodē tpe mor
tua est delbora nutrix rebecce et se
pulta est ad radices bethel sbter
quercū: vocatūqꝫ est nomē loci il
lius quercus fletus Apparuit au
tē iterū deus iacob: postq̄ reuersus
est de mesopotamia syrie ⁊ venit
in bethel: bn̄dixitqꝫ ei dicēs. Non
vocaberis vltra iacob. sꝫ isrl̄ erit
nomē tuū. Et appellauit eum isrl̄
dixitqꝫ ei. Ego de⁹ oīpotēs. Cresce
⁊ multiplicare. gentes ⁊ ppl̄i nacō
nū ex te erūt. Reges de lūbis tuis
egredient: terrāqꝫ quā dedi abra
hā ⁊ ysaac dabo tibi ⁊ semini tuo
post te. Et recessit ab eo. Ille vero
erexit titulū lapideū in loco q̄ locu
tus fuerat ei deus: libans sup eū li
bamina ⁊ effundēs oleū: vocāsqꝫ
nomē loci illius bethel. Egressus
aūt inde venit verno tpe ad terrā
que ducit effrathā. In q̄ cū pturi
ret rachel ob difficultatē ptus pe
riclitari cepit. Dixitqꝫ ei obstetrix
Noli timere qr̄ a hunc habebis filiū
Egrediēte autē anima p̄ dolore ⁊
imminēte iam morte. vocauit no
men filij sui bennoni id ē filius do
loris mei. Pat vero appellauit eū
beniamin id est filius dextre. Mor
tua est ḡ rachel ⁊ sepulta ē in via
que ducit effrathā hec ē bethleē.
Erexitqꝫ iacob titulum super sepul
chrū ei⁹ Hic est titulus monumē
ti rachel vsqꝫ in p̄ntē diē. Egressus
inde fixit tabnaculū trās turrem
gregis. Cūqꝫ hītaret in illa regiōe:
abijt ruben ⁊ dormiuit cū bala con
bina pr̄is sui. Qd illū minime latuit
Erāt aūt filij iacob duodecī. Filij
lye p̄mogenit⁹ rubē ⁊ symeō ⁊ leui
iudas ⁊ ysachar ⁊ zabulon. Filij
rachel ioseph ⁊ beniamī. Filij bale
ancille rachelis: dan ⁊ neptalim.
Filij zelphe ācille lye: gad ⁊ aser.
Hij sūt filij iacob q̄ nati sunt ei in
mesopotamia syrie. Venit eciā ad
ysaac prēz suū in mābre ciuitatē ar
bee. hec ē ebrō in q̄ pegrinat⁹ est
abrahā ⁊ ysaac Et cōpleti sūt dies
ysaac cētū octoginta ānoꝝ: cōsūpt⁹
qꝫ etate mortu⁹ est et apposit⁹ est
pplo suo senex ⁊ plenus dieꝝ ⁊ se
pelierūt eū esau ⁊ iacob filij sui.
HEe autē sunt ¶ Ca.xxxvi.
generacōes esau: ipse ē edom
Esau accepit vxorē de filiab⁹ cha
naan. adā filiā elom ethei ⁊ ooli
bama filiam ane filij sebeon euei.

Baſemath qꝫ filiā iſmahel ſororē
nabaioth. Pepit autem ada eli
phā. Baſemath genuit rahuel.
Oolibama genuit iehus et ihelō
et chore. Hij filij eſau qui nati ſūt
ei in t̄ra chanaā. Tulit autē eſau
vxores ſuas et filios et filias et ō
nē aīaꝫ dom⁹ ſue ⁊ ſbſtātiaꝫ ⁊ pe
cora ⁊ cūcta q̄ habē poterat ī t̄ra
chanaan et abijt in alterā regio
nē receſſitqꝫ a fratre ſuo iacob. Di
uites eñ erāt valde ⁊ ſimul habi
taē nō poterāt nec ſuſtinebat eos
terra pegrinatiōis eoꝝ p̄ multitu
dine greguꝫ. Habitauitqꝫ eſau in
mōte ſeyr ipē ē edom. Hec autem
ſūt generacōnes eſau pr̄is edom ī
mōte ſeyr et hec noīa filioꝝ eius.
Eliphā filius ada vxoris eſau. Ra
huelqꝫ fili⁹ baſemath vxoris ei⁹.
Fueruntqꝫ eliphā filij theman o
mar ſephua ⁊ gathā ⁊ cenem et
chore. Erat aūt thamna cōcubina
eliphan filij eſau q̄ pepelt ei ama
lech. Hij ſūt filij ada vxoris eſau
Filij āt rahuel naath ⁊ zara ſem
ma ⁊ meſa. Hij filij baſemath vx
oris eſau Iſtiqꝫ erant filij ooliba
ma filie ane filij ſebeō vxoris eſau
quos genuit ei iehus et ihelon ⁊
chore. Hij duces filioꝝ eſau. Filij
eliphā primogeniti eſau dux the
mam dux omar dux gathā dux
cenem dux chore dux gathā dux
amalech. Hij filij eliphan ī terra
edom et hij filij ade. Hijqꝫ filij ra
huel eſau filij dux naath dux za
ra dux ſēma dux meza. Hij āt du
ces rahuel in terra edom. Iſti filij
baſemath vxoris eſau. Hij autē
filij oolibama vxoris eſau dux ie
hus ielon dux chore Hij duces o
olibama filie ane vxoris eſau. Iſti
ſunt filij eſau et hij duces eoꝝ ipſe
ē edom. Iſti ſūt filij ſeyr horrei ha
bitatores t̄re lothan et ſobal ⁊ ſe
beon ⁊ anan ⁊ diſon ⁊ eſer ⁊ iſan
Hij duces horrei filij ſeyr in terra
edom. Facti ſūt autē filij lothan
horrei et emā. Erat autem ſoror lo
than thāna. Et iſti filij ſobal alu
ham et maneeth ⁊ ebal ſephi et
onan. Et hij filij ſebeon achia ⁊ a
nan Iſte ē anan qui inuenit aq̄s
calidas ī ſolitudine cū paſcēt aſi
nas ſebeon patris ſui. Habuitqꝫ
filiū diſā ⁊ filiā oolibama. Et iſti
filij diſā abdā ⁊ ieſbā ⁊ iethrā et
charan. Hijqꝫ filij eſer bala anā
et zeuā ⁊ achā. Habuit āt filios
diſan hus ⁊ arā. Hij duces horre
orū. Dux lothā dux ſobal dux ſe
beon dux ana dux diſon dux ezer
dux diſā. Iſti duces hebreorū qui
imperauerūt ī t̄ra ſeyr Reges autē
q̄ regnauerūt ī terra edō anteq̄ ha
berent regeꝫ filij iſrahel fuerūt hij
Balach fili⁹ beor nomenqꝫ vrbis
ei⁹ denaba. Mortu⁹ ē aūt balach
et regnauit ꝓ eo iobab filius za
re de boſra. Cumqꝫ mortu⁹ eſſet io
bab regnauit ꝓ eo huſā de t̄ra the
manoꝝ. Hocqꝫ mortuo regnauit
ꝓ eo adad fili⁹ badadi qui pcuſ
ſit madiā in regione moab et no
mē vrb ei⁹ auith. Cūqꝫ mortu⁹ eſ
ſet adad regnauit ꝓ eo ſemla de ma
ſerecha. Hocqꝫ mortuo regnauit ꝓ
eo ſaul de fluuio rooboch. Cumqꝫ
⁊ hic obiiſſet ſucceſſit in regnū bala
nā fili⁹ achobor. Iſtoqꝫ mortuo re
gnauit ꝓ eo adad nomēqꝫ vrb ei⁹
phou. Et appellabat vxor ei⁹ mee
zabel filia matreth filie miſaab.

Hec ẽ noīa ducū eſau in cognacō
nib⁹ ⁊ locis ⁊ vocabulis ſuis dux
thāna dux aluba dux iethet dux
oolibama dux ela: dux phinon·
dux cenē dux themā dux mabſar
dux mabdihel dux hiram· Hij du
ces edom· habitātes ī t̃ra imperij
ſui: ipſe eſt eſau pater ydumeoꝝ
Habitauit aūt iacob ī t̃ra chanaan
in q̄ pat̃ ſuus pegrinatus ē ⁊ hee
ſūt generacōnes ei⁹ ¶ Ca·xxxvij·
Ioſeph cū ſedecim eſſ; annoꝝ paſ
cebat gregē cū frat̃b⁹ ſuis adhuc
puer· Et erat cum filijs bale ⁊ zel
phe vxoꝝ pr̄is ſui: accuſauitq; fr̄
tres ſuos apud prē; crimine peſſi
mo Iſrl̃ āt diligebat ioſeph ſup
oēs filios: eo ꝙ in ſenectute genu
iſſ; eū· Fecitq; ei tunicā polimitā;
Videtes aūt fr̄es eius ꝙ a patre
plus cūctis filijs amaret̃: oderant
eū nec poterant ei quicq̄ pacifice
loqui· Accidit q̃ ut viſū ſomniū;
referret frat̃b⁹ ſuis q̄ cauſa maio
ris odij ſeminariū fuit· Dixitq; io
ſeph fratrib⁹ ſuis· Audite ſōniū;
meū qd vidi· Putabā nos ligare
maipulos ī agro ⁊ q̄ſi ɔſurgē ma
nipulū meū et ſtare: viosq; mani
pulos circūſtātes adorare maipu
lū meū· Rn̄derūt fr̄es ei⁹· Nūquid
rex n̄r eris· aut ſbiciemur ditioni
tue· Hec ẽ cauſa ſōnioꝝ atq; ſer
monū: inuidie ⁊ odij fomitē mini
ſtrauit· Aliud q̃ vidit ſomnium
qd narrās fr̄ibus ait Vidi p ſom
niū q̄ſi ſolē ⁊ lunā ⁊ ſtellas vnde
cim adorāe me· Qd cū pr̄i ſuo ⁊ fri
bus retuliſſet: increpauit eū pat̃
ſuus ⁊ dixit Quid tibi vult hoc ſō
niū qd vidiſti· Num ego et mat̃
tua ⁊ fr̄es tui adorabim⁹ te ſup ter
rā· Inuidebāt ei igit̃ fr̄es ſui: pat̃
vero rem tacitus ɔſiderābat· Cūq;
fr̄es illius ī paſcēdis gregib⁹ pa
tris morarent̃ in ſichē: dixit ad eū
iſrl̃· Fratres tui paſcūt oues in ſi
chimis: veni mittā te ad eos Quo
rn̄dēte p̄ſto ſū Ait· Vade ⁊ vide ſi
cūcta pſpera ſint erga fr̄es tuos ⁊
pecora ⁊ renūtia mihi qd agatur
Miſſus de valle hebron venit in ſi
chē Inuenitq; eū vir errātē; ī agro
⁊ interrogauit qd quereret· At ille
rn̄dit· Fr̄es meos quero· Indica
mihi vbi paſcant greges· Dixitq;
ei vir· Receſſerūt de loco iſto· Au
diui aūt eos dicētes Eamus in do
thaim Perrexit itaq; ioſeph poſt
fr̄es ſuos ⁊ inuenit eos ī dothaim
Qui cum vidiſſent eū; p̄cul: ante
ꝙ accederet ad eos cogitauerūt il
lū occidē ⁊ mutuo loq̄bant̃· Ecce
ſomniator venit Venite occidam⁹
eū et mittam⁹ in ciſternā veterē;
dicemuſq; fera peſſima deuorauit
eū et tūc apparebit qd illi pſint ſō
nia ſua· Audiens autē; hec ruben
nitebat̃ liberare eū de manib⁹ eo
rū ⁊ dicebat· Nō interficiam⁹ aīam
eius nec effundam⁹ ſāguinē· ſed
picite eū in ciſternā veterē que ē
in ſolitudine: manuſq; vr̄as ſua
te innoxias· Hoc autē dicebat vo
lens eripere eū de manibus eoꝝ et
reddere patri ſuo Cōfeſtim igitur
ut peruenit ad fr̄es ſuos: nudauerūt
eum tunica talari ⁊ polimita miſe
rūtq; eū in ciſternam veterē; que
non habebat aquam Et ſedentes
ut comederet panem viderunt yſ
mahelitas viatores venire de gala
ad ⁊ camelos eorū portantes aro
mata ⁊ reſinā ⁊ ſtacten in egiptū

Dixit ergo iudas fr̄ibꝫ ſuis Quid
nob̄ ꝓdeſt ſi occiderim⁹ fr̄eꝫ no
ſtꝝ ⁊ celauerim⁹ ſanguinē ipi⁹.
Meli⁹ ē ut venūdet̄ yſmahelitis
⁊ man⁹ nr̄e nō polluāt̄. Frater ei
et caro nr̄a eſt. Acq̄euerunt fra
tres ſmonib⁹ illi⁹ et p̄tereūtib⁹
madianitis negotiatorib⁹ extra
hentes eū de ciſterna vendiderūt
eū yſmahelitis vigīti argēteis q̄
duxerūt eū in egiptū. reuſuſq; ru
ben ad ciſternā n̄ inuenit puerū
⁊ ſciſſis veſtib⁹ pgēs ad fr̄es ſu
os ait. Puer n̄ compet ⁊ ego q̄
ibo. Tulerūt aūt tunicā ei⁹ ⁊ ſā
guine hedi quē occiderāt tinxerūt
mittētes qui ferrēt ad pr̄eꝫ ⁊ di
cerēt. Hāc iuenim⁹ vide vtrū tu
nica filij tui ſit an non. Quā cū co
gnouiſſꝫ pr̄ ait. Tunica filij mei
ē. Fera peſſima ꝯmedit eū beſtia
deuorauit ioſeph. Sciſſiſq; veſti
b⁹ īdut⁹ ē cilitio lugēs filiū ſuū
mlt̄o tp̄e. Cōgregatis aūt cūctis
liberis ei⁹ ut leniret dolorē pr̄is
noluit ꝯſolacōem accipe ſed ait
Deſcēdā ad filiū meū lugēs in in
fernū. Et illo pſeuerāte ī fletu ma
dianite vēdiderūt ioſeph ī egipto
phutifari eunūcho ph̄aois ma
giſtro militum ¶Ca. xxxviij

Odeꝫ tp̄e deſcēdens iudas a
fratrib⁹ ſuis diuertit ad vi
rū odollamiteꝫ noīe hiram vidit
q; ibi filiā hoīs chananei vocabu
lo ſue. Et accepta vxore ingreſſus
eſt ad eā. Que ꝯcepit et pepit fi
liū et vocauit nomē ei⁹ her. Rur
ſuſq; ꝯcepto fetu natuꝫ filiū voca
uit onā Terciū q; peperit quē ap
pellauit ſela Quo nato parere vl
tra ceſſauit. Dedit āt iudas vxo

rē p̄mogenito ſuo her noīe tha
mar. Fuit q; her p̄mogenit⁹ iude
neq̄ in ꝯſpectu dn̄i et ideo ab eo
occiſus ē. Dixit ḡ iudas ad onā
filiū ſuū: ingredē ad vxorem fra
tris tui ⁊ ſociare illi ut ſuſcites ſe
mē fratri tuo. Ille ſciēs n̄ naſci ſi
bi filios ītroiens ad vxorē fratris
ſui ſemē fūdebat ī terram: ne liberi
fratris noīe naſcerent̄. Et idcirco
pcuſſit euꝫ dn̄s eo ꝙ rem deteſta
bilē facēt. Quā ob rē dixit iudas
thamar nurui ſue Eſto vidua ī
domo pr̄is tui donec creſcat ſela
filius me⁹ Timebat eī ne et ipē
moreret̄ ſicut fr̄es ei⁹ Que abijt
⁊ habitauit ī domo pr̄is ſui. Euo
lutis āt multis ānis mortua eſt
ſue vxor iude Qui poſt luctū ꝯſo
latiōe ſuſcepta aſcēdebat ad ton
ſoēs ouiū ſuaꝝ ipē ⁊ hiras opi
lio gregis odollamita ī thānas
Nūciatūq; eſt thamar ꝙ ſocer il
li⁹ aſcēdēt in thānas ad tondē
das oues Que depoſitis viduita
tis veſtib⁹ aſſūpſit teriſtꝝ et mu
tato hītu ſedit in biuio itineris
qđ ducit thānā eo ꝙ creuiſſet ſe
la ⁊ n̄ eū accepiſſꝫ maritū Quā cū
vidiſſꝫ iudas ſuſpicat⁹ ē eſſe me
retriceꝫ. Operueāt enī vultū ſuū
ne agnoſcēt̄ Ingrediēſq; ad eā
ait. Dimitte me ut coeaꝫ tecū. Ne
ſciebat eī ꝙ nurus ſua eſſꝫ Qua
r̄ndēte qđ dabis mihi ut fruaris
ꝯcubitu meo Dixit Mittaꝫ tibi he
dū de gregib⁹ Rurſūq; illa dicēte
patiar qđ vis ſi dederis pignus arrabo
nē donec mittas quod pollíceris.
ait iudas Quid tibi vis ꝓ arrabo
ne dari. Rn̄dit. Anulū tuuꝫ ⁊ ar
millā ⁊ baculū quē manu tenes.

Ad vnū igit̄ coitū mulier ↄcepit
⁊ ſurgēs abijt: depoſitoq; habitu
quē ſuſpſerat induta ē viduitatis
veſtib9. Miſit aūt iudas hedū p
paſtorē ſuū odollamitē ut recipe
ret pignus qd dederāt mulieri Qui
cū nō inueniſſ; eā interrogauit hoi
nes loci illius. Vbi ē mulier q ſe
debat i biuio. Reſpōdētib9 cūctis
nō fuit in loco iſto meretrix: reūſ9
eſt ad iudā et dixit ei. Nō inueni
eā. Sed ⁊ hoīes illi9 loci dixerūt
m[illegible]i: nūq̄ ſediſſe ibi ſcortū. Ait
iudas. Habeat ſibi. Certe mēda
cij arguē nos non poteſt. Ego mi
ſi hedū quē pmiſerā ⁊ tu nō inue
niſti eā. Ecce aūt poſt tres menſes
nūciauerūt iude dicētes Fornicata
eſt thamar nurus tua ⁊ videtur
vterus illius intumeſcere. dixitq;
iudas. Producite eā ut cōburat̄
Que cū duceret̄ ad penā miſit ad
ſocerū ſuū dicēs De viro cui9 hec
ſūt ↄcepi Cognoſce cuius ſit anu
lus et armilla ⁊ baculus. Qui ag
nitis munerib9 ait. Juſtior me ē
q2 nō tradidi eam ſela filio meo
Attamē vltra nō ↄgnouit eā In
ſtāte aūt ptu apparuerūt gemini i
vtero atq; i ipſa effuſione infāciū
vnus ptulit manū i q obſtetrix
ligauit coccinū dicēs Jſte egredi
etur prior Jllo vero retrahēte manū
egreſſus ē alt̄ dixitq; mulier Qua
re diuiſa ē ppt̄ te maceria. Et ob
hāc cauſā vocauit nomē ei9 pha
res. Poſtea egreſſus ē frat̄ eius i
cuius manu erat coccinū quē ap
pellauit zarā. Ca. xxxix.

Gitur ioſeph duct9 ē in egiptum
emitq; eū phutifar eunuch9 pha
raonis princeps exercitus ſui vir
egiptius de manu yſmahelitarū a
qb9 pduct9 erat. Fuitq; domin9
cum eo et erat vir in cūctis pſpere
agēs. Habitauitq; i domo dn̄i ſui
qui optime nouerat dn̄m eſſe cū
eo ⁊ oīa que gereret ab eo dirigi
in manū illi9 Jnuenitq; ioſeph gra
tiā corā dn̄o ſuo ⁊ miniſtrabat ei
A quo ppoſit9 omnib9 gubnabat
creditā ſibi domū ⁊ vniūſa que ei
tradita fuerāt Bn̄dixitq; dn̄s do
mui egipcij ppt̄ ioſeph ⁊ mlt̄ipli
cauit tam in edib9 q̄ in agris cū
ctā eius ſubſtāciā. Nec quicq̄ ali
ud nouerat niſi panē quo veſcebat̄
Erat aūt ioſeph pulchra facie et
decorus aſpectu. Poſt multos ita
q; dies iniecit dn̄a oculos ſuos in
ioſeph ⁊ ait. Dormi mecū. Qui ne
quaq̄ acquieſcēs operi nephario
dixit ad eā. Ecce dn̄s meus oīb9
mihi traditis: ignorat quid habe
at in domo ſua: nec quicq̄ eſt qd
non ſit in mea poteſtate vel nō tr̄
diderit mihi pret̄ te que vxor ei9
es Quō ergo poſſum hoc malum
facere ⁊ peccare in dn̄m meū. Hu
iuſcemodi vbis p ſingulos dies
⁊ mulier moleſta erat adoleſcētia
ille recuſabat ſtuprū. Accidit aūt
quadā die vt intraret ioſeph do
mū ⁊ operis quippiam abſq; arbi
tris faceret et illa apprehenſa laci
nia veſtimenti eius diceret dormi
mecum. Qui relicto in manu eius
pallio fugit ⁊ egreſſus eſt foras
Cūq; vidiſſ; mulier veſtē in ma
nibus ſuis et ſe eſſe contemptā:
vocauit ad ſe homines dom9 ſue
et ait ad eos. En introduxit virū
ebreum vt illuderet nob. Jngreſ
ſus eſt ad me. ut coiret mecum.

Cūq3 ego ſuccdamaſſez ⁊ audiuit
vocez meā ṙliquit palliū qḋ tene
bā ⁊ fugit foras Jnargumentū ğ
fidei retentū palliū oſtēdit marito
reuertēti domū ⁊ ait. Jngreſſus ē
ad me ſeru⁹ hebreus quē adduxi
ſti ut illuderet mihi. Cūq3 audiſſʒ
me clamare reliquit palliū qḋ te
nebā ⁊ fugit foras. Hījs auditis
dn̄s et nimiū credulus verbis cō
iugis iratus ē valde tradiditq3 io
ſeph ī carcerez vbi vincti regis cu
ſtodiebant̄ ⁊ erat ibi clauſus Fu
it aūt dn̄s cū ioſeph ⁊ miſertus
eſt illius ⁊ dedit ei graciaʒ in ɔſpe
ctu pn̄cipis carc̄eis. Qui tradidit
in manu illius vniuerſos victos
q̄ in cuſtodia tenebāt̄ ⁊ quicq̄d
fiebat ſub ipſo erat. nec nouerat
aliquid cūctis ei creditis. domin⁹
em̄ erat cū illo ⁊ omnia opa eius
dirigebat. ¶ Ca. xl.

Hījs itaq3 geſtis accidit vt pec
carent duo eunuchi pincer
na r̄gis egipti et piſtoꝛ dn̄o ſuo.
Jratus ɔtra eos pharao. naʒ al
ter pincernis p̄erat. alter piſtori
bus. miſit eos in carcerez pn̄cipis
militū ī quo erat vinct⁹ ⁊ ioſeph.
At cuſtos carc̄eis tr̄didit eos io
ſeph qui et miniſtrabat eis. Ali
quātulū tp̄is fluxeāt ⁊ illi ī cuſto
dia tenebant̄. Videruntq3 ambo
ſommū nocte vna iuxta iterp̄ta
ciōez cōgruā ſibi. Ad q̊s cū intro
iſſet ioſeph mane ⁊ vidiſſet eos
triſtes. ſciſcitatus ē dicēs. Cur tri
ſtioꝛ ē hodie ſolito facies veſtr̄a.
Qui r̄ſponderūt. Sommuʒ vidim⁹
⁊ nō eſt qui interp̄tet̄ nobis. Dix
itq3 ad eos ioſeph. Nūquid non
dei ē iterp̄tacō. Referte mihi q̄d
videritis. Narrauit p̄oꝛ p̄rep̄oſitus
pincnarū ſommū ſuū. Videbaʒ co
rā me vitē in qua erāt tres ꝓpagi
nes creſcere paulatī gemmas et
poſt flores vuas matureſcere. cali
cēq3 pharaonis in manu mea. Tu
li ğ vuas ⁊ exp̄ſſi in calicē quē te
nebā ⁊ tradidi poculū pharaoni
R̄ndit ioſeph. Hec ē interp̄tatio
ſōnij. Tres ꝓpagies tres adhuc
dies ſūt poſt q̊s recordabit̄ pha
rao miſterij tui et r̄ſtituet te in ğ
dū p̄ſtinū dabiſq3 ei calicē iuxta
offitiū tuū ſicut an̄ facē ɔſueuerās
Tn̄tū memēto mei cū tibi bn̄ fue
rit ⁊ facies mecū miaʒ ut ſuggerās
pharaoni ut educat me de iſto
carcere. qꝛ furtī ſblatus ſum de ter
ra hebreoꝝ ⁊ h̄ innocēs in lacum
miſſus ſū. Videns piſtoꝝ mgr̄ qꝛ
prudēter ſommuʒ diſſoluiſſʒ ait.
Et ego vidi ſōmū qꝛ tria caniſtra
farine ħ̄rerem ſup caput meū et in
vno caniſtro qḋ erat excelſi⁹ poꝛ
tare me putabā oēs cibos q̄ ſiunt
arte piſtoria aueſq3 cōedē ex eo
R̄ndit ioſeph. Hec ē interp̄tatio
ſomnij. Tria caniſtr̄ tres adhuc
dies ſūt poſt q̊s auferet pharao
caput tuū ac ſuſpendet te in cruce
⁊ lacerābūt volucres carnes tuas
Exinde dies terci⁹ natalici⁹ pharā
onis erat Qui faciēs grande cōui
uiū pueris ſuis recordatus eſt in
ter epulas mgr̄i pincernarū ⁊ pi
ſtoꝝ pn̄cipis reſtituitq3 alteꝝ ī lo
cū ſuū ut porrigerʒ ei poculū. alte
ruʒ ſuſpēdit ī patib[...] ut dieċto
ris veritas pbaret̄. Et tn̄ ſuccedēti
bus pſpeis prepoſitus pincerno
ruʒ oblitus eſt interp̄tis ſui.

¶ Capitulū. xli

Post duos ãnos vidit pharao ſõmiũ Putabat ſe ſtare ſuper fluuiũ de q̃ aſcẽdebãt ſeptẽ boues pulchre et craſſe nimis et paſcebãt ĩ locis paluſt ibꝰ Alie q̃ꝫ ſeptẽ emẽgebãt de flumĩe fede ꝯfecteq̃ꝫ macie ⁊ paſcebãt in ipã amnis ripa ĩ locis virẽtibꝰ deuorauerũtq̃ꝫ eas q̃rũ mira ſpecies ⁊ hitudo corporũ erat. Expgefactꝰ pharao rurſũ dormit ⁊ vidit alterũ ſommiũ Septem ſpice pullulabãt in culmo vno. plene atq̃ꝫ formoſe. alie q̃ꝫ totidẽ ſpice tenues ⁊ pcuſſe vredine oriebãt: deuorantes oẽꝫ p̃orũꝫ pulchritudinẽ Euigilãs pharao poſt q̃etẽꝫ et facto mane pauoẽ pt̃ritꝰ miſit ad oẽſ ꝯiectoẽſ egipti. cũctoſq̃ꝫ ſapientes ⁊ accerſitis narrauit ſõnium nec eẽãt q̃ interp̃taret. Tũc demũ r̃miniſcẽs magiſter pincernaꝝ ait Cõfiteor peccatũ meũ. Iratꝰ rex ſuis ſuis me ⁊ magiſtrũ piſtoꝝ retrudi iuſſit in carcerẽ p̃ncipis militũ vbi vna nocte vtq̃ꝫ vidimꝰ ſõniũ p̃ſagiũ futuroꝝ Eãt ibi puer hebreꝰ eiuſdẽ ducis militũ famulꝰ. cui narrãteſ ſõnia audiuiꝰ q̃dq̃d pꝰſtea rei ꝓbaĩt euentus Ego ei r̃dditꝰ ſũ offitio meo ⁊ ille ſuſpẽſus ẽ ĩ cruce Protiꝰ ad r̃egis ĩperiũ eductũ de carcẽ ioſeph totõderũt. ac veſte mutata obtulerũt ei Cui ille ait Vidi ſõnia nec ẽ q̃ ediſſeãt q̃ audiui te ſapiẽtiſſime ꝯicẽ Rñdit ioſeph Abſq̃ꝫ me deus r̃ñ[illegible]ebit pſpeã pharaõi Narãuit ẽ pharao q̃ videãt Putabã me ſtare ſup ripã fluminis et ſeptẽ boues de amne ꝯſcẽdere. pulchraſ nimis et obeſis carnibꝰ q̃ in paſtu paludis virecta carpebant Et ecce has ſequebantur alie ſeptem boues in tantum deformes et macilente. vt nunq̃ꝫ tales in terra egipti viderim. Qui deuoratis et ꝯſũptis p̃oribꝰ. nullũꝫ ſaturitatis dedere veſtigiũ. ſed ſimili macie ⁊ ſqualore torpebãt. Euigilans. rurſus ſopore depreſſus vidi ſommiũ Septem ſpice pullulabant in culmo vno. plene atq̃ꝫ pulcherrime. Alie q̃ꝫ ſeptẽ tenues et pcuſſe vredine. oriebantur e ſtipula que p riorũꝫ pulchritudinem deuorauerunt Narraui cõiectoribus ſommiũ ⁊ nemo eſt q̃ ediſſerat Rñdit ioſeph Sommiũ regis vnum eſt Que facturus eſt deꝰ oñdit pharaõi. Septẽ boues pl̃chre ⁊ ſeptẽ ſpice plene. ſeptẽ vbertatis anni ſũt. eandẽq̃ꝫ vim ſomniĳ ꝯp̃hendunt. Septẽ q̃ꝫ boues tenues atq̃ꝫ macilente q̃ aſcẽderũt pꝰ eas et ſeptẽ ſpice tenues ⁊ vento vrente pcuſſe. ſeptẽ ãni vẽtuẽ ſũt famis qui hoc ordine ꝯplebũt Ecce ſeptẽ ãni veniẽt fertilitatis magne ĩ vniuerſa terra egipti. q̃s ſequẽt ſeptẽꝫ anni aliĳ tante ſterilitatis vt obliuiõi tradatur cuncta retro abundancia Conſũptura eſt enim fames omnem terrã et vb̃tatis magnitudinẽ pditura ẽ inopie magnitudo. Qd aũt vidiſti ſcd̃o. ad eandẽ rẽ ptinens ſommiũ. firmitatis indiciũ ẽ. eo ꝙ fiat ſermo dei ⁊ velocius impleat Nunc ergo ꝓuideat rex viꝝ ſapiẽtẽ ⁊ induſtriũ ⁊ p̃ficiat eũ t̃re egipti. q̃ ꝯſtituat p̃poſitos p cũctas r̃egiões et q̃ntã pteꝫ fructuũ p ſeptẽ ãnos fertilitatis

qui iam nūc futuri ſūt ꝯgreget in
horrea et om̄e frumentū ſub pha
raonis poteſtate cōdat̄ ſeruet̄ in
vrbibꝰ ⁊ preparet̄ future ſeptem
annorū fami q̄ oppreſſa eſt egip
tū et nō cōſumetur terra inopia.
Placuit pharaoni ꝯſiliū ⁊ cūctis
miniſtris eiꝰ. Locutuſq; ē ad eos
Nū inuenire poterimꝰ talez viꝝ q̄
ſpiritu dei plenꝰ ſit. Dixit ergo ad
ioſeph Quia oſtēdit tibi deꝰ om̄ia
que locutꝰ es nūquid ſapiētiorē
⁊ ꝯſimilē tui inuenire poterō. Tu
eris ſup domū meaz ⁊ ad tui oris
imperiū cūctus populus obediet.
Vno tm̄ regni ſolio precedam te
Dixitq; rurſū pharao ad ioſeph
Ecce cōſtitui te ſup vniuſā terram
egipti. Tulitq; annulum de manū
ſua ⁊ dedit euz in manu eius veſti
uitq; eū ſtolā biſſinā et collo tor
quē aureā circūpoſuit. Fecitq; eū
aſcēdē ſup currū ſuū ſecūdꝫ clamā
te p̄cone ut om̄s corā eo genu fle
cterent ⁊ prepoſitū eſſe ſcirēt vni
uerſe terre egipti. Dixitq; rex egip
ti ad ioſeph Ego ſū pharao Abſ
q; tuo imperio nō mouebit quiſꝙ̄
manū aut pedez ī om̄i terra egipti
Vertitq; nomen illius ⁊ vocauit
eum lingua egiptiaca ſaluatorez
mūdi. Deditq; illi vxorē aſſenez fi
liā phutifaris ſacerdotis eliopole
os. Egreſſus ē itaq; ioſeph ad ter
rā egipti Triginta ānoꝝ erāt quā
do ſtetit in conſpectu regis phrao
nis ⁊ circuiuit om̄s regiōes egip
ti Venitq; fertilitas ſeptē annoꝝ
et in manipulos redacte ſegetes
ꝯgregate ſūt in horrea egipti. Om
nis etiā frugū abundācia ī ſingu
lis vrbibꝰ cōdita eſt. Tantaq; fu

it abūdācia tritici ut arene maris
coequaretur ⁊ copia menſurā excede
ret. Natiq; ſūt ioſeph filij duo an
te ꝙ̄ veniret fames q̄s peperit ei aſ
ſenē filia phutifaris ſacerdotis eli
opoleos Vocauitq; nomē p̄moge
niti manaſſes dicēs Obliuiſci me
fecit deus omnium laborū meoꝝ
⁊ domus p̄ris mei. Nomēq; ſecun
di appellauit ephraim dicēs. Cre
ſcere me fecit deus ī terra paupta
tis mee Igit̄ tranſactis ſeptē vber
tatis annis q̄ fuerant ī egipto ce
perūt venire ſeptez anni inopie q̄s
p̄dixerat ioſeph ⁊ in vniuerſo or
be fames p̄ualuit In cūcta etiā ter
ra egipti fames erat Qua eſurien
te clamauit ꝓplus ad pharaonez
alimēta petēs. Quibus ille rn̄dit.
Ite ad ioſeph ⁊ quicquid ipſe vo
bis dixerit facite. Creſcebat autē
q̄tidie fames in omni terra aperu
itq; ioſeph vniuerſa horrea et vē
debat egiptijs. Nā ⁊ illos oppreſſe
rat fames. Omneſq; ꝓuincie veni
ebant in egiptū ut emerent eſcas
⁊ malum inopie temperarent.

Audiens autez iacob ꝙ alimēta vēderētur in  Ca. xlij.
egipto dixit filijs ſuis Quare negli
gitis. Audiui ꝙ triticū venundet̄
in egipto. Deſcēdite et emite nob
neceſſaria ut poſſimꝰ viuere et non
cōſumamur inopia. Deſcēdentes
igit̄ fratres ioſeph decem ut eme
rent frumēta in egipto beniamin
domi retēto a iacob q̄ dixerat fra
tribus eius ne forte ī itinere quic
ꝙ̄ paciatur mali [illegible] terrā
egipti cum alijs qui pergebāt ad
emēdū. Erat autez fames in terra
chanaan et ioſeph erat princeps

i terra egipti atqꝫ ad eiꝰ nutū fru
mēta ꝓplis vendebant᷒. Cūqꝫ ado
raſſent eū frēs ſui et agnouiſſet
eos q̄i ad alienos duriꝰ loq̄bat᷒
interrogās eos. Vn̄ veniſtis. Qui
rn̄derunt. de t̄ra chanaan ut ema
mus victui neceſſaria. Et tn̄ frēs
ip̄e ꝯgnoſcēs nō ē cognitꝰ ab eis
Recordatuſqꝫ ſōniorꝫ q̄ aliquādo
viderat ait ad eos. Exploratores
eſtis ut videatis īfirmiora terre ve
niſtis Qui dixerūt. Nō eſt ita dn̄e
ſed ſerui tui venerūt ut emerent ci
bos. Omnes filij vniꝰ viri ſumus
Pacifici venimꝰ nec quicq̄ʒ famu
li tui machinant᷒ mali. Quibus il
le rn̄dit. Aliter ē. Immunita terre
huiꝰ ꝯſiderare veniſtis. At illi dixe
runt. duodecī inquiūt frēs ſui tui
ſumꝰ filij viri vniꝰ i t̄ra chanaan
Minimꝰ cū p̄re nr̄o ē aliꝰ nō ē ſup
Hoc ē ait q̄d locutꝰ ſū. Explorato
res eſtis Iā nūc experimētū vr̄i ca
piā. Per ſalutē pharaonis n̄ egre
diemini hic. donec veniat frat᷒ vr̄
minimꝰ Mittite ex vobꝭ vnū ⁊ ad
ducat eū. vos āt eritis in vinculis
donec ꝓbent᷒ que dixiſtis. vtrum
vera an̄ falſa ſint Alioqn̄ per ſalu
tē pharaonis exploratores eſtis
Tradidit ergo illos cuſtodie tri
bus diebꝰ. Die āt tertio eductis
de carcere ait. Facite q̄ dixi ⁊ viue
tis. Deū ei timeo. Si pacifici eſtis
frat᷒ veſter vnꝰ liget᷒ i carcere vos
aūt abite ⁊ ferte frumenta q̄ emi
ſtis i domos vr̄as ⁊ frēm vr̄m mi
nimū ad me adducite ut poſſim
vr̄os ꝓbare ſermōes ⁊ nō moria
mini. Fecerunt ut dixerat ⁊ locuti
ſūt ad inuicē. Merito hec patimur
ꝙ peccauimꝰ in frēm nr̄m vidētes

āguſtias anime illiꝰ dū deprecare
tur nos ⁊ n̄ audiuimꝰ. idcirco ve
nit ſup nos iſta tribulatio. E qui
bꝰ vnꝰ ruben ait. Nunq̇d nō dixi
vobis: nolite peccare in puerū ⁊ n̄
audiſtis me. En ſāguis eiꝰ exqui
rit᷒. Neſciebāt em̄ ꝙ itelligeret io
ſeph. eo ꝙ p interpretē loqueret᷒
ad eos. Auertitqꝫ ſe parumper ⁊ fle
uit ⁊ reuerſus locutꝰ ē ad eos. Tol
lenſqꝫ ſimeon: ligans illis p̄ntibꝰ
iuſſit miniſtris ut iplerēt ſaccos
eorꝫ tritico ⁊ reponerent pecunias
ſingulorū in ſaccul᷒ ſuis. datis ſu
pra cibarijs in via. Qui fecerūt ita
At illi portātes frumēta in aſinis
ſuis ꝓfecti ſunt. Apertoqꝫ vnus ſac
co ut daret iumēto pabulū in di
uerſorio ꝯtēplatꝰ pecuniā in ore
ſacculi. dixit fratribꝰ ſuis. Reddi
ta ē mihi pecunia. En hēt᷒ in ſacco
Et obſtupefacti turbatiqꝫ mutuo
dixerunt Quidnam ē hoc q̄d fecit
nobis deꝰ. Veneruntqꝫ ad iacob
patrem ſuum in terra chanaan ⁊
narrauerūt ei om̄ia q̄ accidiſſent
ſibi dicētes Locutus eſt nobis do
minus terre dure et putauit nos
exploratores eſſe ꝓuintie. Cui re
ſpondimus. Pacifici ſumus. nec
vllas molimur inſidias. duodecī
fratres vno patre geniti ſumus.
vnus non eſt ſuper. minimus cū
patre noſtro ē in terra chanaan
Qui ait nobis. Sic probabo ꝙ pa
cifici ſitis. Fratrem veſtrū vnum
dimittite apud me et cibaria do
mibus veſtris neceſſaria ſumite ⁊
abite. Fratremqꝫ veſtrum mini
mum adducite ad me ut ſciam ꝙ
nō ſitis exploratores ⁊ iſtum qui
tenetur i vinculis recipere poſſitis

at deīceps q̄ vultis emēdi habe
atis licētiā. Hijs dictis cū frumēta
effunderēt ſinguli repererūt in ore
ſaccorū ligatas pecuīas exterritiſ
q; ſil' omnibus dixit pat' iacob. abſ
q; liberis me eſſe feciſtis. Joſeph
nō eſt ſuper. ſimeō tenet' ī vincul'.
et beniamin auferetis. In me hec
oīa mala reciderūt. Cui rn̄dit ru
ben. Duos filios meos interfice ſi
nō reduxero illū tibi Trade illum
ī manu mea ⁊ ego eum tibi reſti
tuā. At ille nō deſcēdet inquit fili⁹
meus vobiſcū. Frater eius mortu
us eſt et ipſe ſolus remāſit. Si q̄d
ei aduſitatis acciderit ī terra ad
quā p̱gitis deducetis canos meos
cū dolore ad īferos. ¶ Ca. xliij.

Interim fames oēm terraȝ vehemē
ter p̄mebat ꝯſūptiſq; cibis quos
ex egipto detulerant dixit iacob
ad filios ſuos. Reūtimini ⁊ emite
nobis pauxillū eſcarū. Rn̄dit iu
das. Denūciauit nobis vir ille ſb
atteſtacōe iuriſiurādi dicēs. Nō
videbitis faciē meā niſi fratreȝ ve
ſtrū minimū adduxeritis vobiſcū
Si ergo vis eū mittere nobiſcū p̱
gem⁹ p̱iter et emem⁹ tibi neceſſa
ria. ſi autē non vis nō ibim⁹ Vir
enī vt ſepe dixim⁹ denūciauit no
bis dicēs. Nō videbitis faciē meā
abſq; fratre veſtro minimo Dixit
eis iſrl'. In meā hoc feciſtis miſe
riā vt indicaretis ei ⁊ aliū habere
vos fratreȝ. At illi rn̄derūt. Inter
rogauit nos homo per ordinē no
ſtrā p̱geniē ſi pater viueret ſi ha
berem⁹ fratrē. Et nos rn̄dimus ei
cō ſequēter iuxta id qđ fuerat ſci
ſcitatus. Nūquid ſcire poteramus
q̄ dicturus eſſet adducite fratrem
veſtrū vobiſcum. Judas q; dixit
patri ſuo Mitte puerū mecū vt p̱fici
ſcamur et poſſim⁹ viuere ne mori
amur nos ⁊ paruuli nr̄i. Ego ſuſci
pio puerū. de manu mea reqre illū
Niſi reduxero ⁊ reddidero eū tibi.
ero peccati reus ī te ōni tp̄e. Si nō
interceſſiſſet dilacō iam vice alterā
veniſſem⁹. Igit' iſrl' pater eoꝝ di
xit ad eos. Si ſic neceſſe eſt facite
qđ vultis. Sumite de optimis ter
re frugib⁹ in vaſis veſtris ⁊ defer
te viro munera modicū reſine ⁊
mellis ⁊ ſtoracis ⁊ ſtactes ⁊ there
binti ⁊ amigdalaꝝ. Pecuniamq;
duplicē ferte vobiſcū ⁊ illā quā
inueniſtis in ſacculis reportate ne
forte errore factū ſit. Sed ⁊ fratreȝ
veſtrū tollite ⁊ ite ad virū. De⁹ au
tē meus omnipotēs faciat vob' eū
placabileȝ ⁊ remittat vobiſcū fra
trem veſtrū quē tenet in vincul' ⁊
hūc beniamin. Ego aūt q̄ſi orbat⁹
abſq; liberis ero. Tulerunt ḡ viri
munera ⁊ pecuniā duplicē ⁊ benia
min deſcēderūtq; in egiptū ⁊ ſtete
runt corā ioſeph. Quos cū ille vi
diſſet ⁊ beniamin ſil' p̄cepit diſpen
ſatori dom⁹ ſue dicens. Introduc
viros domum ⁊ occide victimas ⁊
inſtrue ꝯuiuiū quoniā hodie me
cū ſūt comeſturi meridie. Fecit il
le qđ ſibi fuerat imperatū ⁊ intro
duxit viros domū. Ibiq; exterriti
dixerūt mutuo. Propt' pecuniam
quā retulim⁹ p̄us in ſaccis nr̄is
introducti ſumus vt deuoluat in
nos calumniā ⁊ vi[illegible]iciat
ſeruituti ⁊ nos ⁊ aſinos noſtros
Quā ob rem ī ipſis foribus accedē
tes ad diſpēſatorē locuti ſūt. Ora
mus dn̄e vt audias nos Jā ante

habitauerūt horim quibꝰ expul
ſis atqꝫ deletis habitauerunt filij
eſau ſicut fecit iſrl' in terra poſſeſ
ſionis ſue quā dedit illi dn̄s. Sur
gētes ergo vt trāſiremꝰ torrentē
zareth venimꝰ ad eū. Tempꝰ au
tē quo ambulauimꝰ de cadeſbar
ne vſqꝫ ad tranſitū zareth trigin
ta et octo ānorū fuit donec conſu
meret omnis ꝯgregatio hoīm bel
latorū de caſtris ſicut iurauerat
dn̄s cuius manus fuit aduerſus
eos vt interirent de caſtrorū medio.
Poſtq̄ aūt vniuerſi ceciderūt pug
natores locutus ē dn̄s ad me di
cēs. Tu trāſibis hodie terminos
moab vrbē noīe ar. et accedes in
vicinia filiorum āmon. Caue ne
pugnes cōtra eos nec mouearis
ad preliū. Nō enī dabo tibi de ter
ra filiorum āmon quia filijs loth de
di eā in poſſeſſionē. Terra gigan
tū reputata ē et ī ipſa olim habi
tauerūt gigātes quos āmonite vo
cāt zommim pp̄ls magnꝰ ⁊ mul
tus ⁊ procere longitudinis ſic ena
chim q̄s deleuit dn̄s a facie eorū
⁊ fecit illos habitare p eis ſicut fe
cerat filijs eſau q̄ habitant ī ſeir
delens horreos et terrā eorū illis
tradēs quā poſſident vſqꝫ in p̄ns.
Eueoſqꝫ qui habitabāt in aſeriz
vſqꝫ gazam capadoces expulerūt
q̄ egreſſi de capadocia deleuerunt
eos et habitauerūt pro illis. Sur
gite tranſite torrentē arnon. Ecce
tradidi in manu tua ſeon regem
eſebon amorreū, et terrā eius inci
pe poſſidere et ꝯmitte adūſus eū
preliū. Hodie incipiā mittere ter
rorē atqꝫ formidinē tuā in popu
los qui habitāt ſb ōni celo vt au
dito nomie tuo paueant ⁊ in mo
rem p̄turientiū ꝯtremiſcant ⁊ do
lore teneant. Miſi ergo nūcios de
ſolitudine cademoth ad ſeon re
gem eſebon v̄bis pacificis dicēs
Tranſibimꝰ p terrā tuā publica
ḡdiemur via. Non declinabimꝰ
neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtrā.
alimenta p̄cio vēde nob vt veſca
mur. aquā pecunia tribue ⁊ ſic bi
bemus. Tantū ē vt nob ꝯcedas
tranſitū ſicut fecerūt filij eſau qui
habitant ī ſeir et moabite q̄ ha
bitant ī ar. donec veniamꝰ ad ior
danē et tranſeamꝰ ad terrā quā
dn̄s deꝰ noſter daturꝰ eſt nobis.
Noluitqꝫ ſeon rex eſebon dare no
bis tranſitū quia indurauerat dn̄s
deꝰ tuus ſpiritū eius. et obfirma
uerat cor illius ita vt traderet in
manꝰ tuas ſicut nūc vides. Dixit
qꝫ dominus ad me. Ecce cepi tibi
tradē ſeon ⁊ terrā eius incipe poſ
ſidē eā. Egreſſuſqꝫ eſt ſeon obuiā
nobis cū omi p̄p̄lo ſuo ad p̄lium

in iaſa et tradidit eū dn̄s deꝰ no
ſter nobis ꝑcuſſimꝰqꝫ eū cū filijs
ſuis ⁊ oī̄ populo ſuo. cūctaſqꝫ vr
bes in tp̄e illo cepimꝰ interfectis
habitatoribꝫ eaꝝ viris ac mulie
ribꝫ ⁊ paruulis. Nō reliqmꝰ in eis
quicꝙ̄ abſqꝫ iumentis q̄ in par
te venere p̄dantiū ⁊ ſpolijs vrbi
um quas cepimꝰ ab aroer que ē
ſup ripam torrentis arnō oppido
qđ in valle ſitū eſt vſqꝫ galaad.
Nō fuit vicus ⁊ ciuitas que nr̄as
effugeret manꝰ. Om̄es tradidit
dn̄s deꝰ noſter nobis abſqꝫ terra
filioꝝ āmon ad quā non acceſſi
mꝰ ⁊ cūctis que adiacēt torrēti ie
boc: ⁊ vrbibꝰ mōtanis vniuerſis
qꝫ locis a quibꝰ nos ꝓhibuit do
minꝰ deꝰ noſter. Ca. iij.

Itaqꝫ conuſi aſcendimꝰ ꝑ iter ba
ſan. Egreſſuſqꝫ eſt og rex baſan
in occurſuꝫ nobis cū populo ſuo
ad bellanduꝫ in edrai: dixitqꝫ do
minꝰ ad me Ne timeas eū qꝛ i ma
nu tua traditꝰ eſt cū oī̄ populo
ac terra ſua: faciesqꝫ ei ſic feciſti
ſeon regi amorreoꝝ qui hītauit i
eſebon. Tradidit ergo dn̄s deus
noſter in manibꝰ nr̄is etiā og re
gem baſan et vniuerſū populuꝫ
eius: ꝑcuſſimꝰ qꝫ eos vſqꝫ ad inte
necōem vaſtantes cūctas cītates
illiꝰ vno tēpe. Non fuit oppidum
qđ nos effugeret. Sexaginta vr
bes oēnꝫ regiōeꝫ argob regni og
in baſan. Cūcte vrbes erāt mūite
muris altiſſimis portiſqꝫ ⁊ vectibꝫ
abſqꝫ oppidis innūeris q̄ nō ha
bebāt muros. Et deleuimꝰ eos ſic
feceramꝰ ſeon regi eſebon diſꝑdē
tes oēnem ciuitatē viroſqꝫ ac muli
eres ⁊ paruulos. iumenta autē ⁊

ſpolia vrbiū diripuimꝰ. Tulimꝰ
qꝫ illo in tēpe terrā de manu duo
rū regum amorreorū qui erāt trāſ
iordanē a torrente arnō vſqꝫ ad
montē hermon quē ſydonij ſariō
vocant ⁊ amorrei ſanir: oēs ciui
tates que ſite ſūt in planitie ⁊ vni
uerſā terrā galaad ⁊ baſan vſqꝫ
ſelcha ⁊ edrai ciuitates regni og
in baſan. Solus q̄ppe og rex ba
ſan reſtiterat de ſtirpe gygātum.
Mōſtrat̄ lectꝰ eius ferreꝰ q̄ eſt in
rabath filiorū āmon: nouē cubi
tos habens lōgitudinis ⁊ q̄tuor
latitudinis ad menſurā cubiti vi
rilis manꝰ. Terrāqꝫ poſſedimꝰ tē
pe illo ab aroer q̄ eſt ſup ripam
torrentis arnō vſqꝫ ad mediam
parteꝫ montis galaad. Et ciuita
tes illiꝰ dedi ruben ⁊ gad. reliquā
aūt partē galaad ⁊ oēnem baſā
regni og tradidi medie tribui ma
naſſe oēꝫ regiōeꝫ argob. Cuncta
baſan vocat̄ terra gygātū. Jair fi
liꝰ manaſſe poſſedit oēꝫ regionē
argob vſqꝫ ad termīos geſſuri ⁊
machati. Vocauitqꝫ ex noīe ſuo
baſā anothiair ⁊ villas iair vſqꝫ
in p̄ſnteꝫ diē. Machir qꝫ dedi gala
ad. ⁊ tribubꝰ ruben ⁊ gad dedi de
terra galaad vſqꝫ ad torrētē arnō
mediū torrētis ⁊ finiū vſqꝫ ad tor
rentē ieboc q̄ eſt t̄minꝰ filioꝝ am
mō ⁊ planitiē ſolitudinis atqꝫ ior
daneꝫ ⁊ terminos cenereth vſqꝫ
ad mare deſerti qđ ē ſalſiſſimum
ad radices mōtis phaſga contra ori
entē. Precepiqꝫ vobis in tp̄e illo
dicēs. Dn̄s deꝰ vr̄ dat vob̄ terraꝫ
hāc in hereditatē expediti p̄cedite
frēs vr̄os filios iſrl̄ oēs viri robu
ſti abſqꝫ vxoribꝫ ⁊ paruulis ⁊ iumētis p

Noui eñ q plura habeatis pecora
et in vrbib9 remanere debebunt
quas tradidi vob donec requiem
tribuat dñs fratrib9 vr̃is sic vo/
b tribuit ⁊ possideāt etiā ipsi trā
quā datur9 ē eis trās iordanem
tūc reuertet vnusquisqꝫ in posses/
sionē suā quā dedi vob. Josueqꝫ
in tpe illo precepi dicēs Oculi tui
viderūt que fecit dñs de9 nr̃ duo/
bus hijs regib9. sic faciet omib9
regnis ad q̄ transiturus es. Ne ti/
meas eos. dñs eñ de9 vr̃ pugna/
bit ꝓ vobis. Precatusqꝫ sū dñm i
tēpore illo dicēs dñe de9 tu cepis/
ti ostendere seruo tuo magnitudi/
nem tuā manūqꝫ fortissimā Neqꝫ
eñ est alius de9 vel in celo vel in
terra qui possit facere opera tua ⁊
cōpari fortitudini tue Trāsibo igit
et videbo terrā hāc optimā trās
iordanē et montē istū egregium
⁊ libanū Jratusqꝫ ē dñs michi ꝓp/
ter vos nec exaudiuit me. sꝫ dixit
michi Sufficit tibi nequaq̄ vltra
loquaris de hac re ad me. Ascēde
cacumen phasge et oculos tuos
circūfer ad occidentē ⁊ ad aquilo/
nem austrūqꝫ ⁊ oriētem ⁊ aspice
Nec eñ transibis iordanē istum
Precipe iosue ⁊ corrobora eū atqꝫ
cōforta q ipse p̄cedet populū istū
et diuidet eis terrā quā visurus
es. Mansimusqꝫ in valle contra
phanūphogor Ca. iiij

Et nūc isrl audi precepta ⁊
iudicia que ego doceo te vt
faciēs ea viuas et ingrediēs pos/
sideas terrā quā dñs deus patrū
vestroꝝ daturus est vobis. Non
addetis ad verbū qd vobis loqr
nec auferetis ex eo. Custodite
mādata dñi dei vr̃i q̄ ego p̄cipio
vobis Oculi vr̃i viderūt omnia q̄
fecit dñs cōtra beelphegor quō cō/
triuerit omēs cultores eius de me/
dio vr̃i. Vos autē qui adheretis
dño deo vr̃o viuitis vniūsi vsqꝫ i
p̄sentem diē. Scitis q docuerim
vos p̄cepta atqꝫ iusticias sic man/
dauit michi dñs de9 meus. sic fa/
cietis eā i tra quā possessuri estis
⁊ obseruabitis ⁊ implebitis ope
Hec est eñ sapientia vrā ⁊ intel/
lectus coram populis vt audien/
tes vniūsi p̄cepta hec dicāt. En po/
pulus sapiens ⁊ intelligēs gens
magna Nec ē alia natio tam grā/
dis q̄ habeat deos appropinquā/
tes sibi sicut de9 noster adest cūc/
tis obsecrationib9 nr̃is. Que est
eñ alia gēs sic indita vt habeat
cerimonias iustaqꝫ iudicia ⁊ vni/
uersā legē quā ego ꝓponā hodie
ante oculos vr̃os. Custodi igit te/
metipsū et animā tuam sollicite
Ne obliuiscaris vboꝝ q̄ viderunt
oculi tui ⁊ ne excidāt de corde tuo
cūctis dieb9 vite tue. Docebis ea
filios ac nepotes tuos diem i quo
stetisti corā dño deo tuo in oreb
qñ dñs locut9 est m dicēs Cōgre/
ga ad me ppl'm vt audiant smo/
nes meos ⁊ discāt timere me omi
tēpore quo viuūt i terra doceātqꝫ
filios suos. Et accessistis ad radi/
ces mōtis q̄ ardebat vsqꝫ ad celū.
erātqꝫ in eo tenebre ⁊ nubes ⁊ ca/
ligo. Locutusqꝫ ē dñs ad vos de
medio ignis. Vocē verboꝝ eius
audistis et formā penit9 nō vidi/
stis. Et ōndit vobis pactū suū qd
precepit vt faceretis et decem ver/
ba que scripsit in duab9 tabulis

lapideis Mihiq; mādauit in illo
tēpe ut docerez vos cerimonias ⁊
iuditia q̄ facere deberetis in terra
quaz poſſeſſuri eſtis. Cuſtodite
igit̄ ſollicite aīas vrās. Nō vidi
ſtis aliquā ſimilitudīnē in die q̄
locutus eſt vobis dn̄s in oreb de
medio ignis: ne forte decepti faci
atis vobis ſculptaz ſimilitudinez
aut ymagīnē maſculi vel femine
ſimilitudinez omniū iumentorū
que ſunt ſup terrā vel auium ſub
celo volantiū atq; reptiliū q̄ mo
uentur in terra: ſiue piſciū qui ſb
terra morantur in aquis. ne forte
oculis eleuatis ad celū videas ſo
lem ⁊ lunam et ōmia aſtrā celi et
errore deceptus adores ea ⁊ colas
que creauit dn̄s deus tu⁹ in mini
ſteriū cūctis gentib⁹ que ſub celo
ſunt. Vos autē tulit dn̄s ⁊ edux
it de fornace ferrea egipti ut habe
ret populū hereditariū ſicut eſt in
pn̄ti die. Iratuſq; ē dn̄s ꝯtra me
ꝓpter ſermōes vrōs ⁊ iurauit ut
nō trāſirem iordanē nec ingrede
rer terrā optimā quaz daturus ē
vobis. Ecce morior in hac humo:
nō tranſibo iordanē. vos trāſibi
tis et poſſidebitis terrā egregiaz.
Caue ne qn̄ obliuiſcaris pacti do
mini dei tui qd pepigi tecū et faci
as tibi ſculptaz ſimilitudīnē eoꝝ
que fieri dn̄s ꝓhibuit Quia dn̄s
deus tu⁹ ignis ꝯſumens eſt deus
emulator. Si genueritis filios ac
nepotes ⁊ morati fueritis in terra
deceptiq; feceritis vobis aliquā ſi
militudīnē patrantes malū corā
domino deo vrō ut eū ad iracūdiā
ꝓuocetis: teſtes inuoco hodie ce
lū ⁊ trā cito pituros vos eē de tra

quā trāſito iordāe poſſeſſuri eſtis
Nō hītabitis ī ea lōgo tpe ſꝫ dele
bit vos dn̄s atꝫ diſpget ī oēs gē
tes ⁊ remanebitis pauci in nacōi
bꝫ ad q̄s vos ductur⁹ eſt dn̄s Ibi
q; ſeruietis dijs q̄ hominū manu
fabricati ſunt: ligno ⁊ lapidi qui
non vidēt nō audiunt non ꝯme
dunt n̄ adorātur. Cūq; queſieris
ibi dominū deū tuum inuenies eū
ſi tamē toto corde queſieris ⁊ tota
tribulacōne aīe tue: poſtq̄ꝫ te in
uenerint ōmia que p̄dicta ſūt No
uiſſimo autē tempe reuerteris ad
dn̄m deum tuū ⁊ audies vocē eius
quia de⁹ miſericors dn̄s deus tu⁹
eſt. Nō dimittet te nec ōmino de
lebit nec obliuiſcet̄ pacti in quo
iurauit prībus tuis Interroga de
diebus antiq̄s qui fuerunt ante
te ex die quo creauit deus hōiem
ſuper terram a ſummo celi vſq;
ad ſūmum eius: ſi facta eſt aliqn̄
huiuſcemodi res aut vnq̄ꝫ cogni
tum eſt ut audiret populus vocē
domini loquentis de medio ignis
ſicut tu audiſti ⁊ vidiſti ſi fecit de
us ut ingrederetur et tolleret ſibi
gentem de medio nacōnum per
temptacōnes ſigna atq; portenta
ꝑ pugnam ⁊ robuſtaz manū ex
tentūq; brachiū ⁊ horribiles viſi
ones iuxta omnia que fecit ꝓ no
bis domin⁹ deus noſter in egipto
vidētibus oculis tuis ut ſcires q̄
niam dn̄s ipſe eſt de⁹ nō eſt ali⁹
preter vnū. De celo fecit te audiē
vocē ſuā ut docerꝫ te ⁊ in terra oſt
dit tibi ignez ſuū maximū ⁊ audi
ſti v̄ba illi⁹ de medio ignis qꝛ di
lexit prēs tuos ⁊ elegit ſemē eoꝝ
p⁹ eos. Eduxitq; te p̄cedēs ī v̄tute

ſua megña ex egipto vt delēt na
cõnes maximas ⁊ fortiores te ī in
troitu tuo et introduceret te daēt
qꝫ tibi terrā eaꝝ in poſſeſſionē ſi
cut ĉnis ī pñti die. Scito ḡ hodie
⁊ cogitato ī corde tuo ꝙ dñs ipſe
eſt deus in celo ſurſū ⁊ in terra de
orſū et nō ſit alius Cuſtodi p̄cep
ta eius atqꝫ mādata q̄ ego preci
pio tibi vt bñ ſit tibi ⁊ filijs tuis
poſt te et pmaneas multo tēpoē
ſup terrā quā dñs deus tuus da
turus eſt tibi. Tūc ſepauit moy
ſes tres ciuitates trans iordanē
ad orientalem plagā vt cōfugiat
ad eas q̊ occiderit nolens ꝓximū
ſuū nec fuerit ſibi inimicus ante
vnū ⁊ alterū diē et ad harū aliq̄̄
vrbium poſſit euadere. boſor ī ſo
litudine q̄ ſita ē ī terra campeſtri
de tribu rubē. ⁊ ramoth ī galaad
que eſt in tribu gad. et golā ī ba
ſan que ē in tribu manaſſe. Iſta
eſt lex quā ꝯpoſuit moyſes coraꝫ
filijs iſrł et hec teſtimonia ⁊ ceri
monie atqꝫ iudicia q̄ locutꝰ ē ad
filios iſrahel quando egreſſi ſunt
de egipto trās iordanē ī ualle cō
tra phanū phogor in t̄ra ſeon re
gis amorrei q̊ habitauit in eſebō
quē pcuſſit moyſes. Filijqꝫ iſrł e
greſſi ex egipto poſſiderūt t̄rā eiꝰ
et terrā og regis baſan duoꝝ re
gū amorreorū q̊ erāt trās iorda
nē ad ſolis ortū ab aroer q̄ ſita ē
ſuper ripam torrentis arnon uſqꝫ
ad montē ſanir q̊ eſt et hermon
omneꝫ planiciem trans iordanē
ad orientaleꝫ plagā uſqꝫ ad ma
re ſolitudinis ⁊ vſqꝫ ad radices
mōtis phaſga

Capitulū. v.

Vocauitqꝫ moyſes ōneꝫ iſra
helem ⁊ dixit ad eū. Audi iſ
rahel cerimonias atqꝫ iudicia q̄
ego loq̊r in auribꝰ v̄ris hodie di
ſcite ⁊ ope ꝯplete. Dñs deꝰ nr̄ pe
pigit nobiſcū fedus ī oreb. Nō cū
patribꝰ noſtris inijt pactū ſꝫ no
biſcū q̊ ī pñtiaꝝ ſumꝰ ⁊ viuimus.
facie ad faciē locutꝰ eſt nobis in
monte de medio ignis. Ego ſeq̄ſ
ter ⁊ medius fui iter dominum ⁊
vos in tempore illo vt ānunciarē
vobis verba eius. Timuiſtis em̄
ignē ⁊ non aſcēdiſtis ī montem
Et ait Ego dñs deꝰ tuus q̊ eduxi
te de t̄ra egipti de domo ſuitutis
Nō habebis deos alienos ī ꝯſpcū
meo. Non facies tibi ſculptile, nec
ſimilitudinē omniū q̄ ī celo ſunt
deſup ⁊ q̄ ī t̄ra deorſū ⁊ que v̂ſan
tur ī aquis ſub terra. Non adora
bis ⁊ non coles. Ego enim ſum do
minꝰ deꝰ tuus. Deus emulator
reddens iniquitatē patrū ſup fi
lios ī t̄ciaꝫ ⁊ q̄rtam generacōem
hijs q̊ oderūt me ⁊ faciēs miām ī
multa milia diligētibus me ⁊ cuſ
todientibꝰ p̄cepta mea. Nō vſur
pabis nomē dei tui fruſtra. q̄ ñ
erit impunitꝰ qui ſup re vana no
men eius aſſumpſerit. Obſerua
diē ſabbati vt ſctificeſ eū ſicut
p̄cepit tibi dñs deꝰ tuus. Sex di
ebꝰ operaberis et facies omnia o
pera tua. Septimꝰ dies ſabbati
eſt, id eſt req̊es dn̄i dei tui. Nō fa
cies ī eo quicq̄̄ operis tu et filius
tuꝰ ⁊ filia ſeruꝰ et ancilla bos et
aſinꝰ et omne iumentum tuū ⁊
peregrinꝰ qui eſt itra portas tuas
vt requieſcat ſeruꝰ et ancilla tua
ſicut et tu. Memento ꝙ et ipſe

ſeruieris in egipto et eduxerit te
inde dñs de⁹ tu⁹ in manu forti et
brachio extēto. Idcirco p̄cepit ti
bi ut obſeruaēs diē ſabbati Ho
nora prēm tuum ⁊ mrēm ſicut p̄
cepit tibi domin⁹ de⁹ tu⁹ ut lōgo
viuas tēpore ⁊ bñ ſit tibi in terra
quā domin⁹ de⁹ tu⁹ daturus eſt
tibi. Non occides. neq̄ mechabe
ris. furtū q̄ non facies. nec loque
ris ↄtra ꝓximū tuū falſū teſtimo
niū. Non cōcupiſces vxorē ꝓximi
tui. nō domū. nō agrū. non ſeruū.
nō ancillam. nō bouem. nō aſinū.
⁊ vniuſa que illius ſunt. Hec ver
ba locutus eſt domin⁹ ad ōnem
multitudinem vrām in monte de
medio ignis ⁊ nubis ⁊ caliginis
voce magna nihil addēs ampli
us ⁊ ſcripſit ea in duab⁹ tabulis
lapideis q̄s tradidit mihi. Vos
autē poſtq̄ audiſtis vocez de me
dio tenebrarū ⁊ montē ardere vi
diſtis: acceſſiſtis ad me ōnes pri
cipes tribuū ⁊ maiores natu atq̄
dixiſtis Ecce oſtēdit nob̄ dominus
de⁹ noſter maieſtatē ⁊ magnitu
dinē ſuā. Vocē eni ei⁹ audiuim⁹
de medio ignis ⁊ ꝓbauim⁹ hodie
q̄ loq̄nte deo cū homie vixerit ho
mo. Cur ergo moriemur ⁊ deuora
bit nos ignis hic maxim⁹. Si ei
audierim⁹ vltra vocez domini di
noſtri moriemur. Quid ē omnis
caro ut audiat vocem dei viuētis
qui de medio ignis loq̄tur ſic nos
audiuim⁹ ⁊ poſſit viuere. Tu ma
gis accede et audi cūcta q̄ dixerit
domin⁹ de⁹ noſter tibi: loquerisq̄
ad nos ⁊ nos audiētes faciem⁹ ea.
Qd̄ cū audiſſ; dñs. ait ad me Au
diui vocē verborū populi hui⁹ q̄

locuti ſunt tibi Bn̄ ōnia ſunt locu
ti. Quis det talem eos habē men
tem ut timeant me ⁊ cuſtodiant
vniuſa mandata mea in ōni tpe
ut bene ſit eis ⁊ filijs eorū in ſem
piternū. Vade ⁊ dic eis. Reuerti
mini in tentoria vrā Tu vero hic
ſta mecū ⁊ loquar tibi ōnia man
data mea ⁊ cerimonias atq̄ iudi
cia que doceb̄ eos ut faciāt ea in
terra quā dabo illis in poſſeſſiōez
Cuſtodite igitur ⁊ facite q̄ p̄cepit
domin⁹ de⁹ vobis. Nō declinabitis
neq̄ ad dexterā neq̄ ad ſiniſtraz
ſed p viam quā precepit domin⁹
de⁹ veſter ambulabitis: ut viua
tis ⁊ bene ſit vobis ⁊ protelentur
dies vrī in terra poſſeſſionis vrē

Hec ſūt p̄cepta ⁊ Ca. vi.
cerimonie atq̄ iudicia que
mandauit dñs de⁹ veſter ut doce
rem vos ⁊ faciatis ea in terra ad
quam tranſgredimini poſſidēdaz
ut timeas dominū deum tuum et
cuſtodias ōnia mandata ⁊ p̄cep
ta eius que ego precipio tibi ⁊ fi
lijs ac nepotibus tuis cunctis di
eb⁹ vite tue ut prolongentur di
es tui. Audi iſrahel ⁊ obſerua ut
facias que p̄cepit tibi dominus ⁊
bene ſit tibi ⁊ multipliceris ampli
us: ſicut pollicitus eſt domin⁹ de⁹
prm̄ tuorū tibi trā lacte et melle
manātē. Audi iſrl̄ Domin⁹ de⁹ nr̄:
de⁹ vn⁹ eſt. Diliges dñm deū tuū
ex toto corde tuo. et ex tota aīa
tua. ⁊ ex tota fortitudine tua Erūt
q̄ verba hec que ego precipio ti
bi hodie in corde tuo. ⁊ narrabis
ea filijs tuis ⁊ meditaberis ſedens
in domo tua ⁊ ambulans in itine
re: dormiēs atq̄ cōſurgens ⁊ ligab̄

ea q̄ſi ſignū in manu tua. eruntqꝫ
⁊ mouebunt̄ inť oculos tuos. ſcri
beſqꝫ ea in limine et hoſtijs domꝰ
tue. Cūqꝫ introduxeit te dominꝰ
deus tuus in terram pro qua iurā
uit patribus tuis abrahā yſaac
⁊ iacob. ⁊ dederit tibi ciuitates mag
nas ⁊ optimas quas nō edificaſ
ti: domos plenas cūctarum opuꝫ
quas nō extruxiſti. ciſternas q̃s
nō effodiſti. vineta et oliueta q̄
non plantaſti. ⁊ comederis ⁊ ſatu
ratus fueis caue diligēter ne ob
liuiſcaris dn̄i dei tui qui eduxit te
de terra egipti de domo ſeruitutis
Dominū deū tuū timebis ⁊ illi ſo
li ſerutes. ac ꝑ nomē illiꝰ iurabis
Non ibitis poſt deos alienos cunc
tarū gentium q̄ in circuitu veſtro
ſūt. qm̄ deꝰ emulator dn̄s deus tu
us in medio tui. nequando iraſ
cat̄ furor domini dei tui cōtra te ⁊
auferat te de ſupficie t̄re. Non tēp
tabis dominū deū tuū ſicut tēpta
ſti in loco tēptacōnis. Cuſtodi ꝑ̄
cepta dn̄i dei tui ac teſtimonia et
cerimonias quas precepit tibi ⁊
fac qđ placitū ē et bonū in cōſpe
ctu dn̄i vt bene ſit tibi. et igreſſus
poſſideas terrā optimā de qua iu
rauit dn̄s patribꝰ tuis. vt deleret
omēs inimicos tuos corā te ſicut
locutꝰ eſt. Cum interrogauerit te
filius tuus cras dicens. quid ſibi
volūt teſtimonia hec ⁊ cerimonie
atqꝫ iudicia q̄ ꝑ̄cepit dn̄s deꝰ noſ
ter nob̄ dices ei Serui eramꝰ pha
raonis in egipto. ⁊ eduxit nos do
minꝰ de egipto in manu forti. fe
citqꝫ ſigna atqꝫ ꝓdigia magna ⁊
peſſima i egipto ꝯtra pharaonē
et omnē domū illiꝰ in cōſpcū nr̄o
⁊ eduxit nos inde vt introductis
daret terrā ſup qua iurauit pat̄
bꝰ noſtris. Precepitqꝫ nobis do
minꝰ vt faciamꝰ om̄ia legittima
hec. ⁊ timeamꝰ dn̄m deū nr̄m vt
bn̄ ſit nob̄ cūctis diebꝰ vite nr̄e
ſicut ē hodie. Eritqꝫ noſtri miſeri
cors ſi cuſtodierimꝰ ⁊ fecerimꝰ oīa
ꝑ̄cepta eius corā dn̄o deo nr̄o ſic̄
mādauit nob̄ ¶ Ca. vij.

CVm vero introduxerit te do
minꝰ deus tuꝰ in terrā quā
poſſeſſurus ingredieris et deleue
rit multas gētes corā te. etheū ⁊
gergezeū ⁊ amorreū chananeū ⁊
phereſeū ⁊ eueum ⁊ iebuſeuꝫ ſep
tem gētes multo maioris numeri
q̄ꝫ tu es et robuſtiores te. tradide
ritqꝫ dominꝰ deꝰ tuus tibi. percuties
eas vſqꝫ ad internitionem. Non
inibis cū eis fedus nec miſerebe
ris eaꝝ neqꝫ ſociab̄ cū eis ꝯiugi
a. ſſilia tuā nō dab̄ filio eius. nec
filiā illius accipies filio tuo. qꝛ ſe
ducet filiū tuū ne ſequat̄ me ⁊ vt
magis ſeruiat dijs alienis. Iraſ
ceť qꝫ furor domi ⁊ delebit te cito.
Quin pociꝰ hec facietis eis. Aras
eoꝝ ſubuertite et cōfringite ſtatu
as lucoſqꝫ ſuccidite. et ſculptilia ꝯ
burite. quia populus ſcūs es dn̄o
deo tuo. Te elegit dn̄s deus tuꝰ
vt ſis ei populus peculiaris de cū
ctis populis q̄ ſūt ſup terrā. Non
qꝛ cūctas gētes numero vinceba
tis vob̄ iunctꝰ eſt dominꝰ ⁊ elegit
vos. cuꝫ omibꝰ ſitis populis pau
ciores. ſꝫ quia dilexit vos dominꝰ
et cuſtodiuit iuramentū qđ iurā
uit patribꝰ veſtris. Eduxitqꝫ vos
in manu forti et redemit de domo
ſeruitutis de mānu pharaōis regis

egipti ⁊ ſcies quia dñs deꝰ tuus
ipſe eſt deus fortis ⁊ fidelis cuſto
diens pactũ et miſericordiã dili
gentibꝰ ſe ⁊ hĳs q̃ cuſtodiũt pre
cepta eius in mille generacões ⁊ red
dens odientibꝰ ſe ſtatim ita ut diſ
perdat eos ⁊ vltra nõ differat ꝓ
tinus eis reſtituens qđ merent̃.
Cuſtodi ergo p̃cepta ⁊ cerimoni
as atqꝫ iudicia q̃ ego mãdabo ti
bi hodie ut facias Si poſtq̃ audi
eris hec iudicia cuſtodieris ea et
feceris cuſtodiet ⁊ dñs deus tuus
tibi pactũ ⁊ miſericordiã quã iu
rauit patribꝰ tuis ⁊ diliget te et
multiplicabit: bñdicetqꝫ fructui
ventris tui ⁊ fructui terre tue. fru
mento tuo atqꝫ vindemie. oleo ⁊
armentis gregibꝫ ouiũ tuarꝫ ſup
terram: ꝓ qua iurauit p̃ribꝰ tuis
ut daret eam tibi. Bñdictꝰ eris in
ter omnes ꝑplos. Nõ erit apud te
ſterilis vtriuſqꝫ ſexꝰ tã in homini
bus q̃ in gregibꝰ tuis. Auferet do
minꝰ a te omnem languorẽ ⁊ infir
mitates egipti peſſimas q̃s noui
ſti nõ inferet tibi. ſed cunctis hoſti
bus tuis. Deuorabis omnes popu
los quos dñs deꝰ tuus daturus
eſt tibi. Non parcet eis oculus tu
us nec ſeruies dĳs eorum ne ſint in
ruinam tui. Si dixeris in corde tuo
plures ſunt gentes iſte q̃ ego quo
potero delere eas: noli metuere. ſꝫ
recordare que fecerit dñs deus tu
us pharaoni ⁊ cunctis egipciĳs
plagas maximas quas viderũt
oculi tui ⁊ ſigna atqꝫ portẽta ma
numqꝫ robuſtã ⁊ extẽtũ brachium
ut educeret te dñs deꝰ tuus. Sic fa
ciet cunctis populis quos metuis.
Inſup ⁊ ſcrabones mittet dñs de

us tuus in eos: donec deleat oẽs
atqꝫ diſperdat q̃ te fugerint et la
tere poterint Non timebis eos q̃
dominꝰ deus tuus in medio tui ẽ
deus magnꝰ et terribilis. Ipſe cõ
ſumet nacões has in cõſpectu tuo
paulatim atqꝫ ꝑ partes. Non po
teris eas delere pariter ne forte mul
tiplicentur cõtra te beſtie terre. Da
bitqꝫ eos dominꝰ deꝰ tuꝰ in cõſpectũ
tuo. et interficiet illos donec peni
tus deleant̃. Tradetqꝫ reges eorꝫ in
manus tuas: ⁊ diſperdes nõia eo
rum ſub celo. Nullꝰ poterit reſiſte
re tibi donec conteras eos. Sculp
tilia eorũ igne cõbures. Non cõcu
piſces argentũ ⁊ aurũ de quibus
facta ſunt: neqꝫ aſſumes ex eis ti
bi quicq̃ ne offendas ꝓpterea q̃
abhominacõ ẽ domini dei tui. nec
inferes quippiã ex ydolo in domũ
tuam ne fias anathema ſicut illud
eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis
⁊ velut inquinamentũ ac ſordes
abhominacioni habebis q̃ ana
thema eſt.

Ca. viij.

Omne mãdatũ quod ego p̃
cipio tibi hodie caue diligẽ
ter ut facias ut poſſitis viuere et
multiplicemini: ingreſſiqꝫ poſſide
atis terrã ꝓ qua iurauit dñs pa
tribꝰ vr̃is Et recordaberis cuncti iti
neris per qđ adduxit te dñs deꝰ
tuꝰ quadraginta ãnis ꝑ deſertum
ut affligeret te atqꝫ temptaret ⁊ no
ta fierent que in tuo animo verſabã
tur vtrũ cuſtodires mandata illi
us an nõ. Afflixit te penuria ⁊ dedit
tibi cibũ mãna quẽ ignorabas tu ⁊
p̃res tui ut oñderet tibi q̃ñ in ſolo
pane viuit hõ. ſꝫ in omni verbo qđ egredi
tur de ore dñi. Veſtimentũ tuum q̃

ōperiebaīs nequaq̄ vetuſtate de
fecit ⁊ pes tuus nō eſt ſubtritus
En quadrageſim⁹ annus ē ut re
cogites ĩ corde tuo· quia ſicut eru
dit filiū ſuū homo ſic dn̄s de⁹ tu⁹
erudiuit te ut cuſtodias manda
ta dn̄i dei tui et ābules in vijs ei⁹
et timeas eū· Dn̄s em̄ deus tu⁹ in
troducet te in terrā bonā terrā ri
uorū aquarūqꝫ ⁊ fontiū in cuius
campis et montib⁹ erūpūt fluui
orū abiſſi· terrā frumenti ordei ac
vineaꝝ in qua ficus et malagra
nata et oliueta naſcūt̄· terraꝫ olei
ac mellis· vbi abſqꝫ vlla penuria
comedes panē tuū et reꝝ omniū
abundantia pfrueris· cuius lapi
des ferrū ſūt· et de montibus eius
eris metalla fodiūt̄· ut cū come
deris et ſatiat⁹ fueris: benedicas
dn̄o deo tuo ꝓ terra optima quā
dedit tibi· Obſua ⁊ caue nequan
do obliuiſcaris dn̄i dei tui ⁊ negli
gas mādata eius atqꝫ iudicia et
cerimōias q̄s ego p̄cipio tibi ho
die· ne poſtq̄ ↄmederis ⁊ ſaciat⁹
fueris domos pulchras edifica
ueris ⁊ habitaueris in eis· habu
eriſqꝫ armenta ⁊ ouiū greges· ar
genti ⁊ auri cūctaꝝqꝫ rerū copiā:
eleuet̄ cor tuū et nō reminiſcaris
dn̄i dei tui q̄ eduxit te de terra egi
pti de domo ſuitutis· ⁊ ductor tu⁹
fuit in ſolitudine magna atꝫ ter
ribili in qua erat ſerpēs flatu ad
urēs ⁊ ſcorpio ac dipſas· et nulle
omnino aque· q̄ eduxit riuos de
petra duriſſima et cibauit te mā
na in ſolitudine qđ neſcierūt pa
tres tui· Et poſtq̄ afflixit ac pba
uit· ad extremū miſertus ē tui ne
diceres in corde tuo fortitudo mea
et robur man⁹ mee hec mihi oīa
p̄ſtiterūt· ſed recorderis dn̄i dei tui
q̄ ipſe vires tibi p̄buerit ut iple
ret pactū ſuū ſup quo iurauit pa
tribus tuis ſicut p̄ſens iudicat di
es· Si autē oblit⁹ dn̄i dei tui ſecu
t⁹ fueris deos alienos colueriſqꝫ
illos ⁊ adoraueris: ecce nūc p̄di
co tibi q̄ oīno diſpereas· Sicut gē
tes quas deleuit dn̄s in introitu
tuo ita ⁊ vos pibitis ſi inobediētes
fueritis voci dn̄i dei vr̄i· Ca· ix·
Audi iſrahel· Tu tranſgredi
eris hodie iordanē ut poſſi
deas nationes maximas ⁊ fortio
res et ciuitates ingētes ⁊ ad celū
vſqꝫ muratas populū magnum
atqꝫ ſublimē· filios enachim q̄s
ipſe vidiſti ⁊ audiſti· q̄bus null⁹
poteſt ex aduerſo reſiſtere· Scies
ergo hodie q̄ dn̄s deus tuus ipe
trāſibit an̄ te ignis deuorās atqꝫ
ↄſumens· qui ↄterat eos et dele
at atqꝫ diſperdat ante faciē tuā
velociter ſicut locut⁹ eſt tibi· Ne
dicas in corde tuo cū deleuerit eos
dn̄s deus tuus in ↄſpectu tuo ꝓpter
iuſtitiaꝫ meā introduxit me dn̄s
ut terrā hanc poſſiderē· cū ꝓpter
ĩpietates ſuas iſte delete ſint nati
ones· Neqꝫ em̄ ꝓpter iuſtitias tu
as et equitatē cordis tui ingredi
eris ut poſſideas terras eaꝝ· ſꝫ q̄
ille egerūt impie ĩtroeūte te delete
ſūt· et ut ↄpleret verbū ſuū dn̄s
qđ ſub iuramēto pollicitus ē pa
tribus tuis abraham yſaac ⁊ ia
cob· Scito ergo q̄ nō ꝓpter iuſti
cias tuas dn̄s de⁹ tu⁹ dederit tibi
terrā hāc optimā in poſſeſſionē
cū duriſſime ceruicis ſis populus
Memento ⁊ ne obliuiſcaris quo

ad iracūdiā ꝓuocaueris dn̄m de
um tuū in ſolitudine.⁊ ex eo die
quo egreſſus es ex egipto uſqꝫ
ad locū iſtū·ſemp aduſū dn̄m ꝯ
tēdiſti·Nā ⁊ in oreb ꝓuocaſti eū
⁊ iratꝰ delere te voluit qn̄ aſcen
di in montē ut acciperem duas ta
bulas lapideas pacti qd pepigit
vobiſcū deus·Et pſeueraui in mō
te quadraginta diebꝰ ac noctibꝫ
panem nō comedēs ⁊ aquā non
bibēs·Deditqꝫ mihi dn̄s duas ta
bulas lapideas ſcriptas digito
dei ⁊ ꝯtinentes ōmia verba q̄ vo
bis locutus eſt in mōte de medio
ignis qn̄ contio populi ꝯgrega
ta eſt·Cūqꝫ trāſiſſent q̄draginta
dies ⁊ totidem noctes dedit mihi
dn̄s duas tabulas lapideas ta
bulas federis·Dixitqꝫ mihi·Sur
ge ⁊ deſcende hinc cito qꝛ populꝰ
tuus quē eduxiſti de egipto deſe
ruerūt velociter viam quā demō
ſtraſti eis·fecerūtqꝫ ſibi ꝯflatile·
Rurſūqꝫ ait dominꝰ ad me·Cer
no qꝛ populꝰ iſte dure ceruicis ſit
dimitte me ut ꝯterā eum ⁊ deleā
nomen eius ſub celo ⁊ ꝯſtituam
te ſup gentem que hac maior et
fortior ſit·Cūqꝫ de mōte ardente
deſcenderē ⁊ duas tabulas fede
ris vtraqꝫ tenerem manu·vidiſ
ſeqꝫ peccaſſe vos dn̄o deo vr̄o et
feciſſe vob vitulū ꝯflatilē ac de
ſeruiſſe velociter viā eiꝰ quā vo
b oſtēdat·ꝓieci tabulas de mani
bꝰ meis ꝯfregiqꝫ eas i ꝯſpcū vr̄o
Et ꝓcidi an̄ dn̄m ſicut pͥus q̄dra
ginta diebꝰ ⁊ noctibꝰ·panē nō
comedēs ⁊ aquā nō bibens ꝓpt
ōnia pctā vr̄a que geſſiſtis corā
dn̄m ⁊ eū ad iracūdiā ꝓuocaſt

is Timui ei indignatōē et irā illiꝰ
q̄ aduſū vos ꝯcitatus delere vos
voluit·Et exaudiuit me dn̄s etiā
hac vice·Aduſū aarō qꝫ vehemēt
iratus voluit eum ꝯterere ⁊ ꝓ illo
ſimiliter deprecatus ſum·Pecca
tum autē veſtrū qd feceratis id ē
vitulū arripiēs igne ꝯbuſſi·⁊ in
fruſta ꝯminuēs ōmino qꝫ in pul
uerem redigens ꝓieci in torrētē
q̄ de mōte deſcendit·In incendio
qꝫ ⁊ in temptatione ⁊ i ſepulcrꝭs
ꝯcupiſcentie ꝓuocaſtis dn̄m et
quando miſit vos de cadeſbarne
dicens Aſcendite ⁊ poſſidete ter
ram quam dedi vobis·⁊ ꝯtempſi
ſtis imperiū domini dei veſtri ⁊ n̄
credidiſtis ei·neqꝫ vocē eius au
dire voluiſtis·ſed ſemp fuiſtis re
belles a die qua noſſe vos cepi·
Et iacui corā domino quadragi
ta diebus at noctibus quibꝰ eū
ſuppliciter deprecabar ne deleret
vos ut fuerat comminatus et o
rans dixi·Domine deꝰ ne diſper
das populum tuum ⁊ hereditatē
tuam quam redemiſti in magni
tudīe tua quos eduxiſti de egip
to in manu forti·Recordare ſer
uorum tuorum abrahā yſaac et
iacob·Ne aſpicias duriciam po
puli huiꝰ ⁊ impietatem atqꝫ pec
catum·ne forte dicant habitato
res terre de qua eduxiſti nos nō
poterat dominus itroducere eos
in terrā quam pollicitus ē eis ⁊
oderat illos·idcirco eduxit ut i
terficeret illos in ſolitudine·qui
ſunt populꝰ tuꝰ ⁊ hereditas tua
quos eduxiſti in fortitudine tua
magna ⁊ in brachio tuo extento·

¶ Capitulū decimū·

In tempore illo dixit dñs ad me.
Dola tibi duas tabulas lapide
as ſicut priores fuerūt et aſcende ad
me in montē. facieſq̧ archam li
gneā et ſcribam in tabulis vͤba
que fuerūt in hiis quas ante cō
fregiſti. poneſq̧ eas in archa. Fe
ci igit̄ archam de lignis ſethim.
Cūq̧ dolaſſem duas tabulas la
pideas inſtar priorū aſcēdi in mō
tem habens eas in manib⁹. Scri
pſitq̧ in tabulis iuxta id qđ pri⁹
ſcripſerāt vͤba decē q̄ locut⁹ ē dñs
ad vos in monte de medio ignis
quando pp̄ls ꝯgregat⁹ ē et dedit
eas mihi Reuerſuſq̧ de monte de
ſcendi et poſui tabulas in archā
quā feceram. q̄ huc uſq̧ ibi ſūt ſicut
mihi p̄cepit dñs Filii aūt iſrahel
caſtra mouerūt ex beroth filiorū
iachan in moſura vbi aarō mor
tuus et ſepultus ē. ꝓ quo ſacerdo
tio functus ē filius eius eleazar.
Inde venerūt in gadgad de quo
loco ꝓfecti caſtrametati ſūt in ie
thabatha in terra aquarū atq̧
torrentiū. Eo tp̄e ſeparaui tribū
leui ut portaret archā federis dñi
et ſtaret corā eo in miniſterio ac
bñdiceret in noīe illius vſq̧ in p̄
ſentē diē. Quā ob rem nō habuit
leui partē neq̧ poſſeſſionē cū fra
tribus ſuis. q̄a ipſe dñs poſſeſſio
eius eſt ſicut ꝓmiſit ei dñs deus
tuus. Ego āt ſteti in monte ſicut
prius quadraginta dieb⁹ ac no
ctibus. exaudiuitq̧ me dñs etiā
hac vice ⁊ te perdere noluit dixitq̧
mihi. Vade et p̄cede pp̄lm ut ingre
diatur ⁊ poſſideat terrā quā iuraui
patrib⁹ eorū ut traderē eis. Et nūc
iſrahel q̄d dñs de⁹ tu⁹ petit a te n̄ ut
timeas dñm deū tuū et ambules
in viis eius ⁊ diligas eū ac ſeruī
as dño deo tuo in toto corde tuo.
⁊ in tota aīa tua. cuſtodiaſq̧ mā
data dñi ⁊ cirimōias ei⁹ q̄s ego
hodie p̄cipio tibi vt bñ ſit tibi. En
dñi dei tui celū eſt et celū celi ter
ra ⁊ oīa q̄ in ea ſūt. et tamē prib⁹
tuis cōglutinat⁹ ē dñs ⁊ amauit
eos: elegitq̧ ſemē eorū poſt eos
id ē vos de cunctis gentib⁹ ſicut ho
die cōprobat̄. Circūcidite igitur
p̄putiū cordis vr̄i et ceruicem ve
ſtrā nō indurētis āplius. q̄r dñs
de⁹ veſter ipſe ē deus deorū et dñs
dñantiū deus magnus ⁊ potēs ⁊
terribilis qui pſonam nō accipit
nec munera Faciet iuditium pu
pillo et vidue. amat pegrinū. et
dat ei victū atq̧ veſtitū. Et vos er
go amate peregrinos q̄a ⁊ ipſi fu
iſtis aduene in terra egipti Dñm
deū tuum timebis et ei ſoli ſeruies
Ipſi adherebis: iurabiſq̧ in noīe
illius Ipſe ē laus tua et deus tu⁹
qui fecit tibi hec magnalia et ter
ribilia q̄ viderūt oculi tui. In ſep
tuaginta aīab⁹ deſcenderūt pr̄es
tui in egiptū. et ecce nūc multipli
cauit te dominus deus tuus ſicut
aſtra celi. ¶ Ca. xi.

Ama itaq̧ dñm deū tuum et
obſerua p̄cepta eius et ceri
mōias iuditia atq̧ mādata omī
tēpore. Cognoſcite hodie q̄ igno
rāt filii veſtri qui nō viderūt diſci
plinā dñi dei veſtri magnalia ei⁹
et robuſtā manū extentūq̧ bra
chiū. ſigna ⁊ opa que fecit in me
dio egipti pharaōi regi ⁊ vniuſē
terre eius omiq̧ exercitui egipti
orum ⁊ equis ac curribus. q̄modo

operuerint eos aque maris rubri
cũ vos pſequerent ⁊ deleuerit eos
dñs vſqꝫ in pñtẽ diẽ · vobiſqꝫ q̄ fe
cerit in ſolitudine · donec veniẽtis
ad hũc locũ · et dathan atqꝫ abi
ron filijs eliab qui fuit filius ru
bẽ · quos aperto ore ſuo terra ab
ſorbuit cũ domibus ⁊ tabnacul
et vniuerſa ſubſtãtia eorũ quaꝫ
habebãt in medio iſrahel Oculi
vrĩ viderunt õnia pecora domini
magna que fecit ut cuſtodiatis
vniũſa mandata illius que ego
hodie p̄cipio vobis ⁊ poſſitis itro
ire ⁊ poſſidere terrã ad quã ingre
dimini · multoqꝫ in ea viuatis tẽ
pore · quã ſub iuramẽto pollicitus
eſt dñs patribꝰ veſtris ⁊ ſemini
eorũ lacte ⁊ melle manãtem · Ter
ra autẽ ad quã ingredieris poſſi
dendam nõ eſt ſicut terra egipti
de qua exiſti · vbi iacto ſemine in
ortorũ morem aque ducũt irrigu
e · ſꝫ mõtuoſa eſt ⁊ cãpeſtris · de ce
lo expectans pluuias quã domi
nus deus tuus ſemp inuiſit ⁊ ocu
li illius in ea ſunt a principio an
ni vſqꝫ ad finẽ eius · Si ergo obe
dieritis mãdatis meis que ego
hodie p̄cipio vob · ut diligatis do
minũ dñ vrm ⁊ ſuiatis ei in toto
corde veſtro ⁊ in tota anima vrã
dabit pluuiã terre veſtre tẽpora
neã ⁊ ſerotinã ut colligatiſ frum
tum ⁊ vinũ ⁊ oleũ fenum ex agꝭ
ad paſcenda iumenta ut ⁊ ipſi co
medatis ac ſaturemini · Cauete ne
forte decipiat̃ cor vrm et receda
tis a dño ſeruiatiſqꝫ dijs alienis
⁊ adorẽtis eos · iratuſqꝫ dñs clau
dat celũ ⁊ pluuie nõ deſcendant.
nec terra det germen ſuũ · pereatiſ

qꝫ velociter de terra optima quã
dñs daturꝰ eſt vob · Ponite hec
v̂ba mea ĩ cordibꝰ ⁊ ĩ aĩs vrĩs ⁊
ſuſpendite ea ꝓ ſigno in manibꝫ
⁊ inter oculos vrõs collocate Do
cete filios vrõs ut illa meditẽtur
Qñ ſedeis in domo tua ⁊ ambula
ueris in via ⁊ accubueris atqꝫ ſur
rexeris ſcribes ea ſup poſtes ⁊ ia
nuas domꝰ tue · ut multiplicent̃
dies tui ⁊ filiorũ tuorum in terra
quã iurauit dñs p̄ribꝰ tuis ut da
ret eis q̄ꝺ diu imminet celum terre
Si em̃ cuſtodieritis mãdata que
ego precipio vobis ⁊ feceritis ea
ut diligatis dñm deũ vrm et am
buletis ĩ õnibꝰ vijs eiꝰ adheren
tes ei · diſperdet dñs omnes gen
tes iſtas ante fatiem vrãm ⁊ poſ
ſidebitis eas que maiores ⁊ forti
ores vobis ſũt · Omnis locus quẽ
calcauerit pes vr · veſter erit · A de
ſerto ⁊ libano ⁊ flumine magno
eufrate vſqꝫ ad mare occidentale
erũt termini vrĩ · Nullꝰ ſtabit cõ
tra vos · Terroreꝫ vrm ⁊ formidi
nẽ dabit dñs deꝰ vr ſup omnem
terrã quã calcaturi eſtis ſicut lo
cutus ẽ vobis · En ꝓpono in cõſpe
ctu veſtro hodie benedictõneꝫ et
maledictõnem · benedictõnem · ſi
obedieritis mandatis domini dei
veſtri que ego hodie precipio vo
bis · maledictõneꝫ · ſi nõ obedieri
tis mandatis domini dei vrĩ · ſed
receſſeritis de via quã ego nunc
oñdo vob · ⁊ ãbulaueritis pꝰ de
os alienos q̊s ignoratis Cũ itro
duxerit te dñs dꝰ tuꝰ ĩ trã ad quã
pgis hitãdã · pões bñdcõeꝫ ſup
mõtẽ garizi · maledcõeꝫ ſup mõtẽ
heba · q̄ ſunt trãs iordanem poſt

viam que pergit ad ſolis occubi
tū in terra chananei q̄ habitat ī
campeſtribꝰ ꝯtra galgalaꝫ que
eſt iuxta vallem tendentē ⁊ intrā
tem ꝓcul. Vos auteꝫ tranſibitis
iordanē ut poſſideatis terrā quaꝫ
dn̄s deus veſter daturus ē vobis.
ut habeatis et poſſideatis illam
Videte ergo ut impleatis cerimo
nias atqꝫ iudicia q̄ ego hodie po
nā in ꝯſpcū vr̄o. ¶ Ca. xij.

Hec ſūt p̄cepta atqꝫ iudicia q̄
facere debetis ī terra quā do
minus deus patꝝ tuoꝝ daturus
eſt tibi ut poſſideas eā cunctis di
ebꝰ q̄bꝰ ſup humū ḡdieris Sub
uertite oīa loca in quibꝰ colue
rūt gētes q̄s poſſeſſuri eſtis deos
ſuos ſup mōtes excelſos et colles
⁊ ſubter omne lignū frondoſum
Diſſipate aras eoꝝ et ꝯfringite
ſtatuas. lucos igne comburite ⁊
ydola ꝯminuite diſꝑdite nomīa
eoꝝ de locis illis Non facietis ita
dn̄o deo veſtro ſed ad locū queꝫ
elegerit dn̄s deus veſter de cūctis
tribubus vr̄is ut ponat nomen
ſuū ibi ⁊ habitꝫ ī eo venietis ⁊ of
feretis ī loco illo holocauſta ⁊ vi
ctimas vr̄as. decimas et p̄mitias
manuū veſtraruꝫ et vota atqꝫ do
naria p̄mogenita boū et ouium.
Et comedetis ibi in ꝯſpcū dn̄i di
vr̄i ac letabimini in cunctis ad q̄
miſeritis manū vos et domꝰ vr̄e
in quibꝰ bn̄dixit vobis dn̄s deꝰ
veſter. Non fatietis ibi que nos
hic facimꝰ hodie ſinguli q̄d ſibi
rectū videt̄ Neqꝫ enim vſqꝫ in p̄n̄s
tēpus veniſtis ad requiē ⁊ poſſeſ
ſionē quā dn̄s deus veſter datu
rus ē vobis Tranſibitis iordanē
et habitabitis in terra quā dn̄s
deꝰ veſter daturus ē vobis ut re
quieſcatis a cunctis hoſtibꝰ ꝑ cir
cuitū et abſqꝫ vllo timore habite
tis in loco quē elegerit dn̄s deus
veſter ut ſit nomē eiꝰ in eo Illuc
omnia que p̄cipio ꝯferetis holo
cauſta et hoſtias ac decimas ⁊ p̄
mitias manuū vr̄aꝝ. et quicq̄d
p̄cipuū ē in muneribꝰ que voui
ſtis dn̄o. Ibi epulabimini coraꝫ
dn̄o deo vr̄o vos et filij et filie ve
ſtre. famuli ⁊ famule atqꝫ leuites
qui in veſtris vrbibꝰ ꝯmoratur
Neqꝫ enī habet aliaꝫ partē et poſ
ſeſſioneꝫ inter vos. Caue ne offe
ras holocauſta tua oī loco queꝫ
videris ſꝫ in eo queꝫ elegerit dn̄s
in vna tribuum tuarū offeres ho
ſtias et facies quecūqꝫ p̄cipio ti
bi Si autē comedere volueris et
te eſus carniū delectauerit. occide
et ꝯmede iuxta benedictionē dn̄i
dei tui quā dedit tibi in vrbibꝰ tu
is: ſiue immūduꝫ fuerit hoc ē ma
culatū ⁊ debile. ſiue mundū hoc ē
integrū ⁊ ſine macula q̄d offerri
licet ſicut capreā ⁊ ceruū comedes
abſqꝫ eſu dūtaxat ſāguinis quē
ſup terrā q̄ſi aquā effundes. Nō
poteris comedere in oppidis tuis
decimā frumenti et vini ⁊ olei tui
p̄mogenita armentoꝝ ⁊ pecoruꝫ
et omnia que voueris ⁊ ſpōte of
ferre volueris ⁊ p̄mitias manuū
tuaꝝ. ſꝫ corā dn̄o deo tuo ꝯmedes
ea in loco quē elegerit dn̄s deus
tuus. tu et filius tuus et filia et
ſeruus ⁊ famula atqꝫ leuites qui
manet in vrbibꝰ tuis ⁊ letaberis
⁊ reficieris corā dn̄o deo tuo in cū
ctis ad que extenderis manū tuā

Caue ne derelinqs leuitē in omī
tēpore quo verſaris in terra. Quā
dilatauerit dn̄s deus tu⁹ termios
tuos ſicut locutus ē tibi. et volue
ris veſci carnib⁹ quas deſiderat
anima tua. locus autē quē elege
rit dn̄s deus tuus ut ſit nom̄ ei⁹
ibi ſi procul fuerit occides de arm̄
tis ⁊ pecorib⁹ q̄ habueris ſic pre
cepit tibi ⁊ comedes ī oppidis tu
is ut tibi placet. Sicͭ comeditur
caprea ⁊ ceruus ita veſceris eis ⁊
mūd⁹ ⁊ imūd⁹ in cōmūe veſcen
tꝛ. h⁹ ſolū caue ne ſāguinē ↄ̄edas
Sāguis em̄ eoꝝ pro aīa eſt ⁊ id
circo nō debes animā ↄmedere cū
carnib⁹. ſed ſup terrā fundes q̄ſi
aquam. ut bene ſit tibi et filijs tu
is poſt te cum feceris quod placꝫ
in cōſpectu domini. Que autem ſā
ctificaueris et voueris domino.
tolles ⁊ venies ad locū quē elege
rit domin⁹ et offeres oblacōnes
tuas carnem et ſanguinē ſup al
tare dn̄i dei tui. Sanguinē hoſtia
rū fundes in altari. carnibus autē
ipe veſceris. Obſerua ⁊ audi om
nia que ego precipio tibi ut bn̄
ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te in ſēpi
ternū cum feceris qd̄ bonum eſt
⁊ placitum ī cōſpectu dn̄i dei tui.
Quā diſpdiderit dn̄s de⁹ tu⁹ an̄ faci
em tuā gētes ad quas ingredie
ris poſſidēdas et poſſideris eas.
atq; habitaueris in terra earum.
caue ne imiteris eas poſtq̄ꝫ te ſu
erit introeunte ſubuerſe ⁊ requi
ras cerimonias eaꝝ dicēs. Sicut
coluerūt gentes iſte deos ſuos ita
⁊ ego colam. Nō facies ſimilitꝛ do
mino deo tuo. Omnes em̄ abhoi
nacōes q̄s auerſatꝛ domin⁹ fece

runt dijs ſuis offerētes filios ⁊ fi
lias ⁊ ↄburentes eas igni. Qd̄ p̄
cipio tibi hoc tātū facito domino
nec addas quicq̄ꝫ nec minuas.

Si ſurrexerit in me Ca. xiij.
dio tui ꝓphetes aut q̄ ſōni
um vidiſſe ſe dicat ⁊ pdixerit ſig
num atq; portētū et euenerit qd̄
locut⁹ eſt ⁊ dixerit tibi. eamus ⁊
ſequamur deos alienos quos ig
noras ⁊ ſeruiam⁹ eis. nō audies
verba ꝓphete illius aut ſomnia
toris. qꝛ temptat vos dn̄s deus
veſter. ut palam fiat vtrum dili
gatis eum an non in toto corde
⁊ in tota anima veſtra. Dn̄m dn̄
vr̄m ſequimini ⁊ ipſū timete. et
mādata illius cuſtodite et audi
te vocē eius. Ipſi ſeruietis et ipſi
adherebitis. Propheta autē ille ā
fictor ſōniorū inficietꝛ. qꝛ locut⁹
ē ut vos auerteret a dn̄o deo ve
ſtro qui eduxit vos de terra egip
ti ⁊ redemit vos de domo ſeruitu
tis ut errarē te facēt de via quā
tibi precepit dominus deus tu⁹
⁊ auferes malū d medio tui. Si ti
bi voluerit perſuadere frater tu
us filius matris ſiue aut filius tu
us vl' filia ſiue vxor que eſt in ſi
nu tuo aut amicus quē diligis
ut animam tuam clam dicēs. ea
mus ⁊ ſuiamus dijs alienis q̄s
ignoras tu ⁊ patres tui cuncta
rū ī circuitu gentiū que iuxta te
ꝓcul ſunt ab initio vſq; ad finem
terre. nō acqeſcas ei nec audias
neq; parcat ei oculus tuus ut
miſerearis ⁊ occultes eum. ſꝫ ſta
tim īficies. Sit p̄mū man⁹ tua ſu
p eū ⁊ p⁹ te oīs ꝑplus mittat ma
nū. Lapidib⁹ obrut⁹ necabitꝛ. qꝛ

voluit te abſtrahē a dn̄o deo tuo
q̄ eduxit te de t̄ra egipti de domo
ſeruitutis ut et omnis iſrahel au
diens timeat ⁊ nequaq̄ vltra fa
ciat quippiā huius rei ſimile. Si
audieris in vna vrbiū tuarū q̄s
dn̄s deus tuus dabit tibi ad ha
bitandū dicētes aliquos. egreſſi
ſūt filij belial de medio tui ⁊ auer
terūt habitatores vrbis tue atq̄
dixerūt: eamus et ſuiamus dijs
alienis quos ignoratis. quere ſol
licite et diligēter rei veritate pſpe
cta ſi inueneris certū eſſe qd dici
tur et abhominationē hanc ope
ꝑpetratā: ſtatim pcuties habita
tores vrbis illius in ore gladij ⁊
delebis eā. oīaq̄ q̄ in illa ſūt vſq̄
ad pecora Quicqd etiā ſuppellecti
lis fuerit congregabis in medio
platearū eius ⁊ cum ipā ciuitate
ſuccendes ita ut vniuſa cōſumas
dn̄o deo tuo ⁊ ſit tumulus ſempi
ternus Non edificabit̄ amplius
et n̄ adherebit de illo anathema
te quicq̄ in manu tua ut auertat̄
dn̄s ab ira furoris ſui ⁊ miſereat̄
tui: multiplicetq̄ te ſicut iurauit
prīb9 tuis qn̄ audieris vocē dn̄i
dei tui: cuſtodiens omnia p̄cepta
ei9 q̄ ego p̄cipio tibi hodie ut fa
cias qd placitū ē in conſpectu do
mini dei tui. Ca. xiiij.

Filij eſtote dn̄i dei veſtri. Nō
vos incidetis nec facietis cal
uitiū ſup mortuo. qm̄ pp̄ls ſanct9
es dn̄o deo tuo et te elegit ut ſis
ei in pp̄lm peculiarē de cunctis gē
tibus que ſūt ſup terrā. Ne come
datis q̄ immūda ſūt. Hoc eſt ani
mal qd ꝯmedere debetis bouem ⁊
ouem et caprā ceruū ⁊ capream.
bubalū tragelaphū pigargum
origen camelopardulū. Om̄e ani
mal qd ī duas ptes findit vngu
lā ⁊ ruminat comedetis. de hijs
aūt que rumināt ⁊ vngulā non
findūt hec comedere nō debetis ca
melū leporē cyrogrillū. Quia ru
minā̄t ⁊ non diuidūt vngulā im
mūda erūt vobis. Suſq̄ qm̄ diui
dit vngulā ⁊ nō ruminat: immū
da erit Carnib9 eoꝝ nō veſcemi
ni et cadauera nō tangetis. Hec
ꝯmedetis ex om̄ibus que morāt̄
in aquis. Que habēt pennulas ⁊
ſquamas ꝯmedite. que abſq̄ pē
nulis et ſquamis ſūt ne comeda
tis quia immūda ſūt Om̄es aues
mūdas comedite. Immūdas ne
comedatis. aquilā ſcilicet et gri
phem et alietū ixon et vulturem
ac miluū iuxta genus ſuū. ⁊ om̄e
coruini generis et ſtrutionem ac
noctuā et larū atq̄ accipitrē iux̄
genus ſuū herodium ac cignum
et ibin ac mergulū porphirionē
et nicticoracē onocrotalū ⁊ cara
driū ſingula in genē ſuo: vpupā
q̄ꝫ et veſpertilionē et om̄e qd rep
tat ⁊ pennulas habet: immūdū
erit et nō ꝯmedet̄. Omne qd mū
dū ē comedite Quicq̄d aūt morti
cinū eſt ne veſcamini ex eo. Pere
grino qui inter portas tuas ē da
ut comedat aut vende ei. qꝛ tu po
pulus ſanctus dn̄i dei tui es Non
coques hedū in lacte matris ſue.
Decimā ptem ſepabis de cunctis
fructibus tuis q̄ naſcunt̄ in terra
p annos ſingulos ⁊ comedes in
ꝯſpectu dn̄i dei tui in loco quē ele
gerit ut in eo nomē illius inuoce
tur decimā frumenti tui ⁊ vini et

olei ⁊ primogenita de armētis ⁊
ouibus tuis ut diſcas timē dn̄m
deū tuū ōni tpe. Cū autem lōgior
fuerit via et locus quē elegerit
dn̄s deꝰ tuꝰ tibiq; bn̄dixerit nec
poteris ad eū hec cuncta portare
uendes ōnia et in preciū redigeſ
portabiſq; manu tua ⁊ ꝓficiſceris
ad locū quē elegerit dn̄s deꝰ tuꝰ
⁊ emes ex eadē pecunia quicqͩ ti
bi placuerit ſiue ex armētis ſiue
ex ouibꝰ. Vinūq; ⁊ ſiceram ⁊ ōe
quod deſiderat aīa tua et come
des corā dn̄o deo tuo. et epulabe
ris tu ⁊ domꝰ tua ⁊ leuita q̄ intra
portas tuas ē. Caue ne derelinq̄s
eū q̄ non habet aliam partē in
poſſeſſione tua. Anno tercō ſepa
rabis aliā decimā ex ōmibus que
naſcūtur tibi eo tpe ⁊ repones in
tra ianuas tuas. veietq; leuites
qui aliam non habet partē nec
poſſeſſionē tecū et pegrinꝰ ac pu
pillꝰ et vidua q̄ itra portas tuas
ſunt ⁊ comedent ⁊ ſaturabuntur
ut benedicat tibi dominus deus
tuus in cūctis operibꝰ manuum
tuarum que feceris. ¶ Ca. xv.

Septimo anno facies remiſſi
onem que hoc ordine cele
brabitur. Cui debet̄ aliquid ab
amico vel proximo ac fratre ſuo
repetere non poterit quia annus
remiſſionis eſt domini. A peregri
no ⁊ aduena exiges. ciuem ⁊ pro
pinquū repetendi nō habes pote
ſtatem. et ōmino indigēs et men
dicus nō erit iter vos. ut bn̄dicat
tibi dominus deus tuus in terra
quā traditurꝰ ē tibi i poſſeſſionē
ſi tamē audieris vocem domini di
tui ⁊ cuſtodieris vniuerſa q̄ iuſ
ſit et que ego hodie precipio tibi
benedicet tibi ut pollicitꝰ eſt. Fe
nerabis gentibus multis ⁊ ipſe
a nullo accipies mutuū. Dn̄abis
nacōnibꝰ plurimis et tui nemo
dn̄abitur. Si vnꝰ de fratribꝰ tuis
qui morantur inter portas ciuita
tis tue in terra quā dn̄s deꝰ tuus
daturꝰ ē tibi. ad pauptatem deue
nerit. nō obdurabis cor tuū nec cō
trahes manū ſed aperies eā pau
peri ⁊ dabis mutuū quo eum in
digere ꝓſpexeris. Caue ne forte
ſubrepat tibi impia cogitacō et di
cas in corde tuo. appropinq̄t ſep
timus ānus remiſſionis. ⁊ auertas
oculos a paupere fratre tuo. no
lēs ei quod poſtulat mutuū ꝯmo
dare. ne clamet cōtra te ad dn̄m
et fiat tibi in pctm̄ ſed dabis ei.
Nec ages quippiā callide in eius
neceſſitatibꝰ ſubleuādis ut bn̄di
cat tibi dn̄s deus tuꝰ i omni tpe
et i cūctis ad que manū miſeris
Nō deerūt pauperes i t̄ra habita
cōnis tue idcirco ego precipio ti
bi aperias manum frat̄ tuo ege
no et paupi qui tecum verſatur
in terra. Cum tibi venditus fue
rit frat̄ tuus hebreus aut hebrea
et ſex annis ſeruierit tibi. ſepti
mo anno dimittes eum liberum.
Et quem libertate donaueris ne
quaq̄ vacuum abire patieris.
Sed dabis viaticum de gregibꝰ
et de area et torculari tuo. quibꝰ
dominus deus tuus benedixerit
tibi. Memento q̄ et ipſe ſerui
eris i terra egipti ⁊ liberauerit te do
minus deꝰ tuus. ⁊ idcirco ego nūc
p̄cipio tibi. Sin autē dixerit nolo
egredi eo q̄ diligat te et domum

tuam ⁊ bene ſibi apud te eſſe ſen
tiat. aſſumes ſubulã et pforabis
aurē eius in ianua domus tue et
ſeruiet tibi vſq; i eternū. Ancille
quoq; ſimiliter facies. Nō auertas ab
eis oculos tuos qñ dimiſeris eos
liberos. qm̄ iuxta mercedem mer
cenarij p ſex annos ſeruiuit tibi.
ut bñdicat tibi dñs deus tuus in
cunctis opibus q̄ agis. De p̄mo
genitis q̄ naſcunt̃ in armentis ⁊
ouibus tuis quicq̄d ē ſexus ma
ſculini ſanctificabis dño deo tuo.
Nō operaberis i p̄mogēito bouis.
et nō tondebis p̄mogenita ouiū
In cōſpectu dñi dei tui comedes ea
p annos ſingulos i loco quē ele
gerit dñs. tu ⁊ dom⁹ tua. Si autē
habuerit maculam vel claudum
fuerit vel cecū aut in aliqua pte
deforme vel debile nō ymolabit
dño deo tuo ſ; intra portas vrbis
tue comedes illud. Tam mūd⁹ q̄ꝫ
immūdus ſimiliter veſcēt̃ eis ſic̄
caprea et ceruo. Hoc ſolū obſerua
bis ut ſanguinē eoꝝ non come
das ſ; effundes in terrā q̄ſi aquā.

Obſerua menſem Ca. xvi.
nouaꝝ frugū ⁊ verni p̄mū
tēporis ut facias phaſe dño deo
tuo. qm̄ in iſto mēſe eduxit te do
minus de⁹ tuus de egipto nocte.
Imolabiſq; phaſe dño dō tuo
de ouibus et de bob⁹ in loco quē
elegerit dñs deus tu⁹ ut habitet
nomē eius ibi. Non cōmedes i eo
panē fermentatū. Septē diebus
cōmedes abſq; fermēto afflictiōis
panē. qm̄ in pauore egreſſus es
de egipto ut meīneris diei egreſ
ſionis tue de egipto oībus dieb⁹
vite tue. Nō apparebit fermētatū
in omnibus terminis tuis ſeptē
dieb⁹ et non remanebit de carni
bus eius qđ imolatum eſt veſpe
re in die p̄mo mane. Non poteris
imolare phaſe in qualibet vrbi
um tuarū quas dñs de⁹ tuus da
turus eſt tibi: ſ; in loco quē elege
rit dñs deus tuus ut habitet no
mē eius ibi. Imolabis phaſe veſ
pere ad ſolis occaſū qñ egreſſus
es de egipto et coques et cōmedes
in loco quē elegerit dñs deus tu⁹
maneq; cōſurgēs vades in taber
nacula tua. Sex dieb⁹ cōmedes azi
ma et in die ſeptima q2 collecta ē
dñi dei tui nō facies opus. Septē
ebdomadas numerabis tibi ab
ea die q̄ falcē in ſegetē miſeris et
celebrabis diē feſtū ebdomada
rū dño deo tuo oblationē ſponta
neā man⁹ tue quā offeres iuxta
benedictionē dñi dei tui et epula
beris corā dño deo tuo tu ⁊ filius
tuus et filia tua et ſeruus tuus et
ancilla tua ⁊ leuites q̄ ē intra por
tas tuas et aduena ac pupillus
⁊ vidua qui morant̃ vobiſcū in
loco quē elegerit dñs deus tuus
ut habitet nomen ei⁹ ibi et recor
daberis. qm̄ ſeruus fueris in egi
pto cuſtodieſq; ac facies q̄ p̄cep
ta ſūt. Sollemnitatē q̄ꝫ tabernacu
loꝝ celebrab̄ p ſeptē dies quādo
collegeris de area et torculari fru
ges tuas et epulaberis in feſtiui
tate tua tu ⁊ filius tuus et filia ⁊
ſeruus tu⁹ ⁊ ancilla: leuites q̄ꝫ et
aduena et pupillus ⁊ vidua qui
intra portas tuas ſunt. Septē die
bus dño deo tuo feſta celebrabis
in loco quē elegerit dñs: benedi
cetq; tibi dñs deus tuus in cūctis

frugib9 tuis ⁊ ī ōni ope manuū
tuarū eriſq; in leticia. Trib9 vici
b9 p ānū apparebit ōne maſculi
nū tuū in ɔſpectu dñi dei tui ī loco
quē elegerit in ſollēnitate azimo
rū ⁊ in ſollēnitate ebdomadaꝝ ⁊
in ſollēnitate tabnaculoꝝ. Nō ap
parebit añ dominū vacu9 ſȝ offe
ret vn9quiſq; ſm q̄ habuerit iux
bñdictionem dñi dei ſui quā dede
rit ei. Judices ⁊ mgr̄os ɔſtitues ī
ōmibus portis tuis q̄s dñs deus
tuus dederit tibi p ſingulas trib9
tuas ut iudicent populū iuſto iu
dicō nec in alterā ptem declinent
Nō accipies pſonam nec muneā.
q̄ munera excecant oculos ſapi
entū ⁊ mutant verba iuſtorum.
Juſte qđ iuſtū ē pſequeris ut vi
uas ⁊ poſſideas terram quā dñs
deus tuus dederit tibi. Non plan
tabis lucū ⁊ ōnem arborem iuxta
altare dñi dei tui. nec facias tibi
atq; ɔſtitues ſtatuā que odit do
min9 de9 tu9. ¶ Ca. xvij.

Non ymolabis dño deo tuo
boue ⁊ ouē in quo ē macula
aut quippiā vicij q̄ abhominacō
eſt dño deo tuo. Cūq; reperti fue
rint apud te intra vnā portarum
tuaꝝ q̄s dñs de9 tuus dabit tibi
vir aut mulier q̄ faciāt malū ī cō
ſpectu dñi dei tui ⁊ tranſgrediātur
pactū illi9. ut vadant et ſeruiāt
dijs alienis ⁊ adorent eos ſolem
⁊ lunam ōnē miliciā celi que nō
p̄cepi et hoc tibi fuerit nūtiatum
audiēſq; inquiſieris diligenter ⁊
verū eſſe reperis ⁊ abhominacō
facta eſt in iſrl̄. educes virum ac
mulierem qui rem ſceleratiſſimā
ppetrauēt ad portas ciuitatis tu
e ⁊ lapidibus obruentur. In ore
duoꝝ aut triū teſtiū pibit qui in
terficietur. Nemo occidatur vno
ɔtra ſe dicēte teſtimoniū. Man9
teſtiū p̄ma interficiet eum. ⁊ ma
nus reliq̄ populi extrema mittet
ut auferas malū de medio tui. Si
difficile ⁊ ambiguū apud te iudi
ciū eſſe pſpexeris inter ſanguinē
⁊ ſanguinē. cauſā ⁊ cauſā. lepra
⁊ non leprā. et iudiciū intra por
tas tuas videris verba variari. ſur
ge ⁊ aſcēde ad locū quē elegerit do
min9 deus tu9. venieſq; ad ſacer
dotes leuitici generis ⁊ ad iudicē
q̄ fuerit illo tpe. q̄reſq; ab eis q̄
indicabūt tibi iudicij veritatē et
facies quodcumq; dixerint qui p̄
ſunt loco quē elegerit dñs ⁊ docu
erint te iuxta legē eius ſequeris
q; ſententiā eoꝝ. nec declinabis
ad dextrā neq; ad ſiniſtrā. Qui aūt
ſupbierit nolens obedire ſacerdo
tis imperio qui eo tēpe miniſtrat
domino deo tuo. ex decreto iudicis
morietur homo ille. ⁊ auferes ma
lum de iſrahel cunctuſq; popul9
audiens timebit ut nullus dein
ceps intumeſcat ſuperbia. Cum
ingreſſus fueris terram quā do
minus deus tuus dabit tibi et
poſſederis eam habitaueriſq; in
illa. et dixeris conſtituam ſuper
me regem ſicut habent omnes
per circuitum nationes. eum cō
ſtitues quem dominus deus tu
us elegerit de numero fratrum
tuorum. Non poteris alterius
gentis hominem regem facere
qui non ſit frater tuus. Cumq;
fuerit conſtitutus nō multiplica
bit ſibi eq̄s. nec reducet populum

in egiptũ equitatus nũero ſubleua
tus. p̄ſertim cũ dñs p̄cepit vobis
vt nequaq̄ amplius p eandē vi
am reuertamini. Nõ habebit vxores
plurimas q̄ illiciant animũ eiꝰ. ne
q3 argenti τ auri immenſa pondera.
Poſtq̄ aũt ſederit in ſolio regni
et magni maris contra occidētē fine
concludit̄. Hij ſūt termini filiorū iuda
p̄ circuitū in cognacōnibꝫ ſuis. Ca
leph vero filio iephōne dedit p̄tē i
medio filiorū iuda ſicut p̄ceperat
ei dn̄s cariatharbe p̄ris enach
ipa ē ebrō. deleuitq; ex ea caleph
tres filios enach ſeſai ⁊ haymā
⁊ tholmai de ſtirpe enach atq; in

de conſcendēs venit ad habitatores
dabir q̄ p̄us vocabatur cariathſe
pher id eſt ciuitas lr̄arū. Dixitq; ca
leph. Qui p̄cuſſerit cariathſepher
⁊ ceperit eā dabo ei axā filiā meam
vxorē. Cepitq; eā othoniel filiꝰ
cenez frat̄ caleph iunior. deditq; ei
axā filiā ſuā vxorē. Qui cum p̄ge
rent ſimul ſuaſit ei vir eius ut pe
teret a p̄re ſuo agrū. ſuſpirauitq;
ut ſedebat i aſino Cui caleph. qd
habes inq̄t. At illa r̄ndit. Da mī
bn̄dictōnē. Terrā auſtralem ⁊
arentē dediſti mihi. iunge et irri
guā. Dedit itaq; ei caleph irrigu
um ſuperiꝰ ⁊ inferius. Hec eſt poſ
ſeſſio tribus filiorū iuda p̄ cogna
tiōes ſuas. erātq; ciuitates ab ex
tremis p̄tibꝰ filiorū iuda iux̄ ter
minos edō a meridie. cabſeel ⁊ edꝰ
⁊ iagur ⁊ cina ⁊ dimōa ⁊ adada
⁊ cedes ⁊ aſor ⁊ iethan zif ⁊ telem
et balathaſor noua et cerioth
heſrom hec eſt aſſorom ⁊ ſame et
molada ⁊ aſer gadda et aſſemot
⁊ bethfeleth ⁊ aſerſuala berſabee
⁊ baziothia ⁊ abala ⁊ humeſem
⁊ heltholad ⁊ exul ⁊ harma ⁊ ſice
lech ⁊ medemena ⁊ ſēſenna leba
oth ⁊ ſelim ⁊ ahē remon. oēs ci
uitates viginti nouē ⁊ ville earū
In cāpeſtribꝰ vero eſtaol et ſaréa
⁊ aſena ⁊ azōe ⁊ engānim ⁊ tha
phua ⁊ enaym et ierimoth ⁊ adu
lā ſocho ⁊ azecha ⁊ ſarim et adi
taym ⁊ gedeā ⁊ giderothaȳ vrbes
.xiiij. ⁊ ville earū. Sanā ⁊ adaſa
⁊ magdalgad delea ⁊ maſepha
⁊ iecthel lachis ⁊ baſcat et eglon
lebbon ⁊ leemas ⁊ cethlis ⁊ gide
roth ⁊ bethdagō ⁊ neema ⁊ ma
ceda ciuitates ſedecim ⁊ ville earū

 

Labana ⁊ ether ⁊ aſan iepta ⁊ eſ
na ⁊ neſib ⁊ ceyla ⁊ achzib ⁊ ma
reſa: ciuitates noue ⁊ ville earum
Accaron cũ vicis ⁊ villul' ſuis. Ab
accaron vſq; ad mare omnia q̃ ver
gũt ad azotũ ⁊ viculos eius. Azo
tus cũ vicis ⁊ villul' ſuis gaſa cuʒ
vicis ⁊ villulis ſuis vſq; ad torrẽ
teʒ egipti ⁊ mare magnũ termin⁹
eius ⁊ in monte ſamir ⁊ iecther ⁊
ſocchoth ⁊ edẽna cariathſenna
hec eſt dabir: anab ⁊ hiſthemo ⁊
anym goſen ⁊ olon ⁊ gylo ciuita
tes vndecim ⁊ ville earum. Arab
⁊ roma ⁊ eſaan ⁊ ianum ⁊ betha
fua ⁊ afeca athmatha et charia
tharbe hec eſt ebron ⁊ ſior ciuita
tes nouem ⁊ ville eaꝝ. Maon et
chermel ⁊ ziph ⁊ loche ieſrahel et
iucadam ⁊ zanoe accaym gabaa
⁊ thamna ciuitates decẽ ⁊ ville ea
rum. Alud ⁊ bethſor ⁊ iedor ma
reth ⁊ bethanoth ⁊ beltheçen ciui
tates ſex ⁊ ville earũ. Cariathba
al hec eſt chariathiarim vrbs ſil
uarum ⁊ arebba ciuitates due et
ville earuʒ. In deſerto betharaba
meddyn ⁊ ſacha ⁊ nebſan ciuita
tes ſalis ⁊ engaddi ciuitates ſex
⁊ ville earum. Fiunt ſimul centũ
quindecim. Jebuſeum autem ha
bitatorem iheruſalem non potue
runt filij iuda delere. hĩtauitq; ie
buſe⁹ cum filijs iuda in iheruſalẽ
vſq; in p̄ntẽ diẽ. Ca. xvi.

Ceciditq; ſors filiorũ ioſeph
ab iordane cõtra ihericho ⁊
aquas eius ab oriente ſolitudo q̃
aſcẽdit de ihericho ad mõtẽ bethel
⁊ egreditur de bethel luzam: tran
ſitq; terminum archiatharoth ⁊
deſcendit ad occidẽtẽ iux̄ terminũ
iefleti: vſq; ad termios bethoron
inferioris ⁊ gazer: finiunturq; regio
nes eius mari magno: poſſederũt
q; filij ioſeph manaſſes ⁊ ephrai
Et factus eſt termin⁹ filiorũ ephrẽ
im p cognatiões ſuas ⁊ poſſeſſio
eorum contra orientem atharoth
addar vſq; bethoron ſuperiorem
egrediunturq; confinia in mare.
Machmetath vero aquilonem re
ſpicit et circuit terminos contra
orientem in thanatſelo ⁊ ptranſit
a torrente ianoe: deſcenditq; de ia
noe in atharoth ⁊ noaratha ⁊ p
uenit in ihericho: egredieturq; ad
iordanẽ de taphua ptranſitq; ꝯtra
mare in vallem harũdineti ſuntq;
egreſſus eius in mare ſalſiſſimuʒ.
Hec eſt poſſeſſio tribus filiorum
ephraim p familias ſuas. vrbes
que ſeparate ſunt filijs ephraim
in medio poſſeſſionis filioruʒ ma
naſſe ⁊ ville eaꝝ. Et non interfece
runt filij ephraim chananeũ qui
hitabat i gazer: habitauitq; cha
naneus in medio ephraim vſq;
in diem hãc tributarius.

Cecidit autem Ca. xvij
ſors tribui manaſſe. ipſe. n.
eſt p̄mogenitus ioſeph: machir
p̄mogenito manaſſe p̄ri galaad
qui fuit vir pugnator: habuitq;
poſſeſſionẽ galaad ⁊ baſan ⁊ re
liquis filiorũ manaſſe iuxta fami
lias ſuas: filijs abyezer ⁊ filijs he
lech ⁊ filijs heſrihel ⁊ filijs ſichen
⁊ filijs epher ⁊ filijs ſemida. Iſti
ſunt filij manaſſe filij ioſeph: ma
res p cognaciones ſuas. Salpha
ath vero filio epher filij galaad fi
lij machir filij manaſſe non erãt
filij ſed ſole filie. quarum iſta ſunt

nomiā· mahala ⁊ noha ⁊ egla ⁊ melcha ⁊ terſa. Venerūtq; in cō pectu eleazar ſac̄dotis ⁊ ioſue filij nun et pricipū dicentes· dn̄s pce pit p manū moyſi ut daret̄ nob poſſeſſio in medio fratrū nr̄orum· Deditq; iuxta imperiū dn̄i poſſeſ ſionē in medio frm̄ pr̄is eaꝝ ⁊ ce ciderūt funiculi manaſſe decē abſ q; terra galaad ⁊ baſan trās ior danē· Filij em̄ manaſſe poſſederūt hereditatem in medio filiorum e ius· Terra autem galaad cecidit in ſortem filiorum manaſſe qui re liqui erant· Fuitq; terminus ma naſſe ab aſer machmata que re ſpicit ſychem et egreditur ad dex trā iuxta habitatorēs fontis tha phue· Etem̄ in ſorte manaſſe ceci derat terra thaphue que eſt iux ta terminos manaſſe filiorum ep hraim· Deſcenditq; termin⁹ val lis harundineti in meridiem tor rentis ciuitatum ephraim que in medio ſunt vrbiū manaſſe· Ter minus manaſſe ab aquilone tor rentis ⁊ exitus eius pgit ad mare ita ut poſſeſſio ephraim ſit ab au ſtro ⁊ ab aquilone manaſſe et v trāq; claudat mare ⁊ ꝯiūgant̄ ſi bi i tribu aſer ab aq̄lone ⁊ i tribu yſachar ab oriente· Fuitq; here ditas manaſſe i yſachar ⁊ i aſer· berſā ⁊ viculi ei⁹ ⁊ iebblaā cū vi culis ſuis ⁊ hitatorēs dor cū oppid ſuis· hitatorēſq; endor cū vicul ſu is ſimiliterq; habitatorēs thenach cū vicul ſuis ⁊ hitatorēs mageddo cū vicul ſuis et tercia ps vrbis no phech· Nec potuerūt filij manaſſe has ciuitates ſubuertere ſ; cepit cha nane⁹ hitare i terra ſua· Poſtq̄ aūt ꝯualuerūt filij iſrl̄ ſbiecerūt chana neos et fecerūt ſibi tributarios nec interfecerunt eos· Locuti ſunt fi lij ioſeph ad ioſue et dixerūt Qua re dediſti m̄ terram in poſſeſſionē ſortis et funiculi vnius cū ſim tā te multitudinis et benedixerit m̄ dominus. Ad quos ioſue ait· Si populus multus es aſcende in ſil uam et ſuccide tibi ſpacia in terra pherezei et raphaim quia angu ſta eſt tibi poſſeſſio montis ep hraim· Cui reſponderunt filij io ſeph· Non poterimus ad mon tana conſcendere cum ferreis cur ribus vtantur chananei qui ha bitant in terra cāpeſtri in qua ſiti ſunt berſan cum viculis ſuis ⁊ iez rahel mediam poſſidens vallem· Dixitq; ioſue ad domum ioſeph et ephraī et manaſſe Populus mlt⁹ es ⁊ magne fortitudinis non habes ſortē vnā ſ; tranſib ad mō tem ⁊ ſuccides tibi atq; purgab ad hitandū ſpacia ⁊ poteris vltra pce dē cū ſbūteris chananeū quē di cis ferreos hr̄e currus et eſſe for tiſſimum·

Capi· xviij·

Congregatiq; ſunt oēs filij iſrl̄ i ſylo ibiq; fixerūt tabna culū teſtionij et fuit eis tra ſubie cta Remāſerāt āt filioꝝ iſrl̄ ſeptē tribus· que necdum acceperant poſſeſſiones ſuas Ad quos ioſue ait· Vſq; quo marcetis ignauia et non intratis ad poſſidendam terram quam dominus deus pa trum veſtrorum dedit vobis. Eli gite de ſingulis tribubus ternos viros ut mittam eos ⁊ pgāt atq; circueāt trām ⁊ deſcribāt eā iuxta numerū vniuſcuiuſq; multitudinis

deferatiq3 ad me q̄d descripserit·
diuidite vob terrā in septē ptes
Judas sit in terminis suis ab au
ſtrali plaga & dom⁹ ioseph ab aq̄
lone: mediā inter hos terrā in sep
tem ptes describite & huc venietis
ad me ut corā dn̄o deo vr̄o mittā
vob hic sortē. q2 nō est inter vos
ps leuitarum. ſ3 sacerdotiū dn̄i est
eoꝝ hereditas. Gad autē & rubē &
dimidiā trib⁹ manasse iā accepe
rāt possessiōes suas trās iordanē
ad oriētalez plagā quas dedit eis
moyses famulus dn̄i. Cūq3 insur
rexissent viri ut pgerēt ad descri
bendū terraz precepit eis iosue di
cēs. Circuite terrā & describite eaz
ac reuertimi ad me ut hic corā do
mino deo vr̄o in sylo mittam vob
sortē. Itaq3 perrexerūt & lustrantes
eā in septē ptes diuiserūt scribētes
in volumīe. reuersiq3 sunt ad iosue
in castra sylo. Qui misit sortes co
rā dn̄o i sylo. diuisitq3 terrā filijs
isrl' in septez ptes. Et ascēdit sors
prima filioꝝ beniamin p familias
suas ut possiderēt terrā inter filios
iuda et filios ioseph. Fuitq3 tmi
nus eoꝝ contrā aquilonē a iorda
ne pgēs iuxta latus iericho septē
trionalis plage & inde cōtra occi
dētem ad mōtana cōscēdens & per
ueniēs ad solitudinē bethauen.
atq3 ptrāsiens iuxta luzaz ad meri
diē ipa ē bethel. descēditq3 i atha
roth addar in mōtez q̄ est ad me
ridiez bethoron inferioris & inclina
tur circuiens cōtra mare ad meri
diez mōtis q̄ respicit bethoron cō
tra affricū. Suntq3 exitus eius i ca
riathbaal q̄ vocatur & cariathia
rim vrbem filioꝝ iuda. Hec ē pla
ga cōtra mare ad occidentē. A meri
die autem ex parte cariathiarim
egredietur terminus cōtra mare &
peruenit vsq3 ad fontē aquarum
nepthoa. Descēditq3 in ptē mōtis
qui respicit vallez filioꝝ ennon &
est cōtra septētrionalem plagā in
extrema parte vallis rapham de
scēditq3 in iehennō idest vallis en
nō iuxta latus iebusei ad austꝝ
& puenit ad fontez rogel trāsiens
ad aquilonē & egrediēs ad ense
mes idest fontē sol' & ptrāsit adusq3
tumulos q̄ sūt e regiōe ascēsus
adommin. descēditq3 ad habebo
en idest lapidē boen filij rubē & per
trāsit ex latē aq̄lonis ad cāpestria
descenditq3 in planitiē & ptergre
dit' otra aq̄lonē bethagla. suntq3
exitus eius otra linguā maris sal
sissimi ab aq̄lone in fine iordanis
ad australem plagaz qui est tmi
nus illius ab oriente. Hec est pos
sessio filioꝝ beniamin p terminos
suos in circuitu & fādias suas. Fu
eruntq3 ciuitates eius iericho & be
thagla & vallis casis betharaba
& samaraim & bethel & auim & af
fara & offora villa hemona et of
fni & gabee ciuitates duodecī & ville
eaꝝ. Gabaon & rama & beroth et
mesphe & caphara & amosa & recem
iarephel & tharela & sela beleph
& iebus q̄ ē ihrl'm gabaad & cari
ath ciuitates q̄tuordecī & ville eaꝝ.
Fuīt oēs ciuitates viginti sex. Hec
est possessio filioꝝ beniamin iuxta
familias suas. Ca. xix.

ET egressa est sors secūda fi
lioꝝ simeon p cognatiōes su
as. fuitq3 hereditas eoꝝ in medio
possessionis filioꝝ iuda bersabee

⁊ ſabee ⁊ molada ⁊ aſerſua baa
la ⁊ aſem ⁊ beltholad bethular
ma ⁊ ſiceleth ⁊ bethmàchaboth
⁊ aſerſua ⁊ bethlepaboth ⁊ ſaro
hem· ciuitates tredecī ⁊ ville eaꝝ·
Ayn ⁊ rēmō ⁊ athar ⁊ aſan· ciui
tates q̄tuor ⁊ ville eaꝝ Oēs vicu
li ꝑ circuitū vrbiū iſtaꝝ vſqꝫ ad
balaad bercameth cōtra auſtra
lē plagā· Fuerūtqꝫ oēs ciuitates de
cē ⁊ ſeptē· Hec ē hereditas filioꝝ
ſymeon iuxͣ poſſeſſiones ſuas in
poſſeſſiōe ⁊ funiculo filioꝝ iuda
q̄ maior erāt ⁊ idcirco filij ſymeō
poſſiderūt ī medio hereditatis ei⁹
Ceciditqꝫ ſors tercia filioꝝ zabu
lon ꝑ ꝯgnacōes ſuas ⁊ fcūs ē ter
min⁹ poſſeſſiōis filioꝝ zabulon
vſqꝫ ſarith· Aſcenditqꝫ de mari ⁊
medalaa ⁊ ꝑuenit ī debba ſeth
vſqꝫ ad torrētē q̄ eſt ꝯtra iecona
⁊ reuertit̄ de ſarith cōtra orientē
ī fine ſiceleth thabor ⁊ egredit̄
ad daberet· aſcēditqꝫ cōtra iafie et
inde ꝑtrāſit vſqꝫ ad orientalē pla
gā gethefer ⁊ thachaſin ⁊ egredi
tur in rēmon amphar ⁊ noa et
circuit ad aq̄lonē ⁊ nathon· Sūt
qꝫ egreſſus ei⁹ vallis iepthahel
⁊ cathethet naalol et ſermō ⁊ ie
daba ⁊ bethleē· ciuitates duodecī
⁊ ville eaꝝ· Hec hereditas tribus
filioꝝ· zabulon ꝑ ꝯgnacōes ſuas
vrbes ⁊ viculi earum· yſachar e
greſſa eſt ſors q̄rta ꝑ ꝯgnacōes
ſuas· fuitqꝫ ei⁹ hereditas iezrahel
⁊ caſaloth ⁊ ſunē ⁊ affraim ⁊ ſe
non ⁊ naarath ⁊ rabboth ⁊ ceſi
en haemes ⁊ rameth ⁊ engānim
henadda ⁊ bethſeſes et ꝑuenit
t̄min⁹ ei⁹ vſqꝫ thabor et ſeeſima
et bethſemes· erātqꝫ exit⁹ ei⁹ ior

danis ciuitates ſedecī et ville earū·
Hec ē poſſeſſio filioꝝ yſachar ꝑ
ꝯgnacōes ſuas vrbes ⁊ viculi ea
rū· Ceciditqꝫ ſors q̄nta tribui filio
rū aſer ꝑ ꝯgnacōes ſuas· fuitqꝫ t̄mi
n⁹ eoꝝ alchat ⁊ cali ⁊ bethē ⁊ ax
ab ⁊ elmeleth ⁊ amaad ⁊ meſſal
⁊ ꝑuenit vſqꝫ ad carmelū maris
⁊ ſyor ⁊ labanath· ac reuertit̄ cō
tra orientē bethdagō· ⁊ ꝑtrāſit vſ
qꝫ zabulon ⁊ vallē ieptael cōtra a
q̄lonē in bethemeth ⁊ neiel· egre
ditqꝫ ad leuā cabul ⁊ acran ⁊ re
ob ⁊ amō ⁊ chana vſqꝫ ad ſydo
nem magnā· reuertitqꝫ in orma
vſqꝫ ad ciuitatē munitiſſimā tyꝝ ⁊
vſqꝫ oſam· eruntqꝫ exitus eius in
mare de funiculo aczība ⁊ amma
⁊ afeg ⁊ roob· ciuitates vigintidue
⁊ ville earū· Hec ē poſſeſſio filio
rū eſer ꝑ ꝯgnacōes ſuas· vrbeſqꝫ et
viculi eaꝝ· Filiorū neptali ſexta
pſ cecidit ꝑ familias ſuas et cepit
t̄min⁹ de heleb ⁊ helon ſānanim
⁊ adami q̄ ē neceb ⁊ iebnahel vſ
qꝫ lecum· ⁊ egreſſus eoꝝ vſqꝫ ad
iordanē reuertitqꝫ termin⁹ cōtra oc
cidētē ⁊ azanoth thabor atqꝫ inde
egredit̄ in vcuca ⁊ ꝑtrāſit ī zabu
lon ꝯtra meridiē ⁊ in aſer ꝯtra oc
cidētē ⁊ in iuda ad iordanē cōtra
ortū ſol̄ ciuitates munitiſſīe· aſſedim
ſer ⁊ āmad ⁊ rechath et cenereth
⁊ edema ⁊ arama aſor ⁊ cedes et
edrai naſor et ieron et magdihel
horem ⁊ bethanath ⁊ bethſemes
ciuitates decem et nouem ⁊ ville
earum· Hec eſt poſſeſſio tribus
filiorum neptalim per cognacio
nes ſuas vrbes et viculi earum·
Tribui filiorum dan per famili
as ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima

⁊ fuit terminꝰ poſſeſſionis eius
ſaraa ⁊ eſtaol ⁊ hair ſemes idē
ciuitas ſolis: ſelebin ⁊ ahialona
iethela elon ⁊ thenna ⁊ achron
elcheten iebton ⁊ baalad iuda
bane ⁊ barach ⁊ iethremō atqꝫ
iherton ⁊ arechō: cū termino ꝙ re
ſpicit ioppen ⁊ ipſo fine ꝯcludit̄
Aſcenderūtqꝫ filij dan ⁊ pugnaue
rūt cōtra leſen: ceperūtqꝫ eā ⁊ per
cuſſerūt eā in ore gladij ⁊ poſſede
rūt ⁊ habitauerunt ī ea: vocātes
nomē eiꝰ leſen dan ex nomīe dan
patris ſui. Hec ē poſſeſſio tribus
filioꝝ dan ꝑ cognacōes ſuas: vr
bes ⁊ viculi earū. Cūqꝫ cōpleſſet
ſorte terrā diuidē ſingul̄ ꝑ tribꝰ
ſuas dederunt filij iſrl̄ poſſeſſionē
ioſue filio nun ī medio ſui iuxta
p̄ceptū dñi. vrbē quā poſtulauit
tamnathſara in mōte ephraim.
Et edificauit ciuitatē habitauitqꝫ ī
ea. Hee ſūt poſſeſſiones q̄s ſorte
diuiſerūt eleazar ſacerdos ⁊ ioſue
filius nū ⁊ pn̄cipes familiarum
ac tribuū filioꝝ iſrl̄ in ſylo corā
dño ad oſtiū tabnaculi teſtionij
partitiqꝫ ſūt terrā. ¶ Ca. xx.

ET locutus eſt dñs ad ioſue
dicēs. Loquere filijs iſrl̄ et
dic eis. Separate vrbes fugitiuo
rū de quibꝰ locutus ſū ad vos per
manū moyſi ut cōfugiat ad eas
quicūqꝫ animā ꝑcuſſerit neſcius
⁊ poſſit euadere irā ꝓximi: q̄ vltor
ē ſanguinis cū ad vnā haꝝ con
fugerit ciuitatū ſtabitqꝫ ante por
tam ciuitatis ⁊ loq̄tur ſenioribꝰ vr
bis illiꝰ: ea q̄ ſe cōprobēt innocen
te: ſicqꝫ ſuſcipient eū ⁊ dabunt ei
locum ad hītandū. Cumqꝫ vltor
ſanguinis eū fuerit ꝑſecutus nō

tradent in manꝰ eius. quia igno
rans ꝑcuſſit ꝓximū eiꝰ: nec ante
biduū triduūue eiꝰ ꝓbat̄ inimi
cus. Et habitabit in ciuitate illa
donec ſtet ante iudiciū cauſā red
dēs facti ſui ⁊ moriat̄ ſacdos mg̃
nꝰ qui fuerit in illo tempe. Tūc rē
uertet̄ homicida ⁊ ingredietur ciuita
tē ⁊ domū ſuā de qua fugerat. De
creuerūtqꝫ cedes in galilea mōtis
neptalim ⁊ ſychem ī mōte ephraī
⁊ cariatharbe ipſa ē ebron ī mō
te iuda ⁊ trās iordanē cōtra oriē
talem plagā iericho ſtatuerunt
boſor q̄ ſita ē ī campeſtri ſolitudi
ne de tribu ruben ⁊ ramoth gala
ad de tribu gad ⁊ gaulō in baſā
de tribu manaſſe. Hee ciuitates
ꝯſtitute ſūt cūctis filijs iſrl̄ ⁊ ad
uenis qui hītabāt īter eos ut fu
geret ad eas qui animā neſciꝰ ꝑ
cuſſiſſet ⁊ nō moreret̄ in manū ꝓxi
effuſū ſanguinē vindicare cupiē
tis: donec ſtaret añ ꝑplm expoſitu
rus cām ſuā. ¶ Ca. xxi.

ACceſſerūtqꝫ pn̄cipes familia
rū leui ad eleazaꝝ ſacerdotē
⁊ ioſue filiū nun ⁊ ad duces cog
nacōnū ꝑ ſingulas tribꝰ filiorū
iſrl̄: locutiqꝫ ſūt ad eos ī ſylo ter
re canaā atqꝫ dixerūt. Dñs p̄cepit
ꝑ manū moyſi vt darent̄ nobis
vrbes ad hītandū ⁊ ſuburbana
earum ad alenda iumenta. Dede
runtqꝫ filij iſrahel de poſſeſſiōibꝰ
ſuis iuxta impiū dñi: ciuitates et
ſuburbana earū. Egreſſaqꝫ ē ſors
in familiā caath filioꝝ aaron ſac
dotis de tribu iuda ⁊ ſymeō ⁊ be
niamin ciuitates tredecī ⁊ reliq̄s
filioꝝ caath id eſt leuitis qui ſup
fuerāt de tribubꝰ ephraim ⁊ dā

⁊ dimidie trib⁹ manasse ciuitates
decem. Porro filijs gersō egressa ē
sors ut acciperēt de tribubus ysa-
char ⁊ aser ⁊ neptalim dimidia
qꝫ tribu manasse in basan ciuita-
tes numero tredecim. Et filijs merā
ri p ꝯgnacōes suas de tribub⁹ ru-
ben ⁊ gad ⁊ zabulon vrbes duode-
cim. Dederūtqꝫ filij israhel leuitis ci-
uitates ⁊ suburbana eaꝝ sicut p̄
cepit dn̄s p manuꝫ moysi singul'
sorte tribuētes. De tribub⁹ filioꝝ
iuda ⁊ symeon dedit iosue ciuita
tes quaꝝ ista sunt nomina: filijs
aarō p familias caath leuitice ge-
neris. prima eni sors illis egressa
ē: cariatharbe patris enach que
vocat' ebron in mōte iuda ⁊ sbur-
bana eius p circuitū. Agros vō ⁊
villas ei⁹ dederat ei⁹ caleph filio
iephone ad possidendū. Dedit er-
go filijs aaron sacerdotis hebron
ꝯfugij ciuitatē ac suburbana ei⁹
⁊ lobnam cuꝫ suburbanis suis et
iether ⁊ istimō ⁊ helon ⁊ dabir ⁊
ain ⁊ iethan ⁊ bethsames cum sb-
urbanis suis ciuitates nouem de
tribubus ut dictuꝫ est duab⁹ De
tribu autē filioꝝ beniamin gaba
on ⁊ gabae ⁊ anatoth ⁊ almon.
cū sburbanis suis ciuitates q̄tuor
omēs simil' ciuitates filioꝝ aaron
sacerdotis tredecim cū sburbanis
suis. Reliquis vero p familias fili
oꝝ caath leuitici generis hec ē da
ta possessio. De tribu ephraim vr-
bes cōfugij sichē cū sburbanis su
is i mōte ephraī ⁊ gazer ⁊ iebsaꝫ
⁊ bethorō cū sburbaīs suis ciuita
tes q̄tuor. De tribuqꝫ dan helteco
⁊ gabathō ⁊ haialon ⁊ gethrem
mon cū sburbaīs suis ciuitates q̄
tuor. Porro dimidia tribu manas
se tanach ⁊ gethremō cū sburba
nis suis ciuitates due. Oēs ciuitates de
cem ⁊ sburbana eaꝝ date sūt fili
is caath iferioris gd⁹. Filijsqꝫ ger
son leuitici gn̄is dedit de dimidia
tribu manasse confugij ciuitates
gaulon i basā ⁊ bosrā cū sburba
nis suis ciuitates duas. Porro de
tribu ysachar cesiō ⁊ dabreth et
iaramoth ⁊ engannī cū sburbaīs
suis ciuitates q̄tuor. De tribu autē
aser masan ⁊ abdon ⁊ elratha ⁊ ro
ob cum sburbanis suis ciuitates
quatuor. De tribuquoqꝫ neptali
ciuitates confugij cedes in galilea
⁊ amothdor ⁊ carthari cum sbur
banis suis ciuitates tres. Omnes
vrbes familiaꝝ gerson tredecim cū
sburbanis suis. Filijs autem me
rari leuitis inferioris gradus per
familias suas: data est de tribu za
bulon iecnal ⁊ cartha ⁊ danna ⁊
naalol ciuitates quatuor cum sub
urbanis suis. De tribu gad ciui
tates confugij ramoth in galaad
⁊ manaim ⁊ esebon ⁊ iazer ciuita
tes quatuor cum sburbanis suis.
De tribu rubē vltra iordanē ꝯtra
iericho ciuitates confugij bosor in
solitudine misor ⁊ iazer ⁊ iethsō
⁊ maspha ciuitates q̄tuor cum sb
bāis suis. Omnes vrbes filiorum
merari per familias ⁊ cognacōes
suas duodecim. Itaqꝫ ciuitates vni
uerse leuitaꝝ in medio possessiōis
filiorum israhel fuerunt q̄dragin
taocto cum sburbanis suis singu
le p familias distribute. Deditqꝫ
dn̄s de⁹ israheli oēm terrā quā tr
diturꝫ se pr̄ibus eoꝝ iurauerat ⁊
possederūt illā atqꝫ hītauerunt i ea.

data⁊ eſt ab eo pax in omnes ꝑ circuitum nacões. nulluſqꝫ eis hoſtiū reſiſtere auſus ē. ſꝫ cuncti in eorū ditiõe ʒ redacti ſūt. Ne vnū quidē verbū qđ illis ꝓ̄ſtituꝝ ſe eē ꝓmiſerat irritū fuit. ſꝫ rebꝰ expleta ſūt omnia. Ca. xxij.

Tūc tēpe vocauit ioſue rubenitas ⁊ gadditas ⁊ dimidiā tribum manaſſe. dixitqꝫ ad eos. Feciſtis oīa q̄ precepit vobis moyſes famulus dn̄i. mihiqꝫ ī oībꝰ obediſtis nec reliquiſtis frēs vr̄os longo tp̄e vſqꝫ in p̄ntē diē cuſtodientes impiū dn̄i dei vr̄i. Quia igitur dedit dn̄s deꝰ veſter fribꝫ vr̄is quietē ⁊ pacē ſicut pollicitus eſt: reuertimini ⁊ ite in tabnacula vr̄a ⁊ in terrā poſſeſſionis quā tradidit vobis moyſes famulꝰ dn̄i trās iordanē: ita dūtaxat ut cuſtodiatis attēte ⁊ ope ꝯpleatis mandatū ⁊ legē quā p̄cepit vobis moyſes famulꝰ domini: vt diligatis dn̄m deū veſtꝝ ⁊ ābuletis in omnibus vijs eiꝰ ⁊ obſuetis mādata illiꝰ adhereatiſqꝫ ei ac ſuiatis ī oī corde ⁊ ī oī aīa veſtr̄. Bn̄dixitqꝫ eis ioſue ⁊ dimiſit eos. Qui reuſi ſūt in tabnacula ſua. Dimidie aūt tribui manaſſe poſſeſſionē moyſes dederat in baſan ⁊ idcirco medie que ſupfuit dedit ioſue ſortē inter ceteros fratres ſuos trans iordanē ad occidētalē eiꝰ plagā. Cūqꝫ dimitteret eos ī tabnacula ſua ⁊ bn̄dixiſſet eis: dixit ad eos. In multa ſubſtantia atqꝫ diuitijs reūtimini ad ſedes veſtras cū argento ⁊ auro ere ac ferro ⁊ veſte multiplici. Diuidite p̄dā hoſtiū cū fribꝰ vr̄is. Reuerſiqꝫ ſūt ⁊ abierūt filij rubē ⁊ filij gad ⁊ dimidia tribꝰ manaſſe a filijs iſrl̄ de ſylo q̄ ſita eſt in chanaan ut intrarēt galaad terraʒ poſſeſſionis ſue quā obtinuerāt iuxta impiū dn̄i in manū moyſi. Cumqꝫ veniſſent ad tumulos iordanis in terra chanaan edificauerūt iuxta iordanē altare infinite magnitudinis. Quod cū audiſſent filij iſrl̄ ⁊ ad eos cti nūcij detuliſſent edificaſſe filios rubē ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝰ manaſſe altare in terra chanaā ſup iordanis tumulos ꝯtra filios iſrl̄: ꝯuenerūt oēs in ſylo ut aſcenderēt ⁊ dimicarēt ꝯtra eos. Et interī miſerūt ad illos ī terrā galaad phinees filiū eleazari ſacerdotē ⁊ decē p̄ncipes cū eo ſingulos de ſingulis tribubꝰ. Qui venerūt ad filios rubē ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝰ manaſſe in terrā galaad. dixeruntqꝫ ad eos. Hec mādat oīs pp̄ls dn̄i. Que eſt iſta trāſgreſſio. Cur reliquiſtis dn̄m deū iſrl̄ edificātes altare ſacrilegū et a cultu illius recedentes. An parū vobis ē q peccaſtis in beelphegor ⁊ vſqꝫ in p̄ntē diē macula huiꝰ ſceleris in nobis pmanet. multiqꝫ de pp̄lo corruerūt. Et vos hodie reliquiſtis dn̄m ⁊ cras in vniuerſuꝫ iſrl̄ ira eiꝰ deſeuiet. Quod ſi putatis immūdā eē terram poſſeſſiōis veſtre trāſite ad terraꝫ ī q tabnaculū dn̄i eſt ⁊ hitate inter nos tm̄ vt a dn̄o ⁊ a noſtro ꝯſortio non recedatis edificato altari pret altare dn̄i dei nr̄i. Nōne achā filius zare preterijt mādatū dn̄i ⁊ ſup oēm pp̄lm iſrl̄ ira eiꝰ incubuit. Et ille erat vnus homo atqꝫ vtinā ſolus periſſet ī ſcelere ſuo. Rn̄derūtqꝫ filij

ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus ma-
nasse pn̄cipib⁹ legacōis isrl̄. Fo-
tissim⁹ de⁹ dn̄s ipse nouit ⁊ isrl̄ si-
mul intelliget si p̄uaricatiōis aīo
hoc altare cōstruxim⁹ nō custodi-
at nos sed puniat nos in pn̄ti. Et
si ea mente fecim⁹ ut holocausta
⁊ sacrificiū ⁊ pacificas victimas
sup eo imponēmus ipse q̄rat ⁊ iu-
dicet ⁊ nō ea magis cogitacōe at-
q3 tractatu ut diceremꝰ cras dicēt
filij vestri filijs nostris. Quid vob ⁊
dn̄o deo israhel. Terminū posuit
domin⁹ int̄ nos ⁊ vos o filij ruben
⁊ filij gad iordanē fluuiū. Et idcir-
cō ptem nō h̄etis in domino ⁊ per
hāc occasiōez auertēt filij vestri fi-
lios nr̄os a timore domini. Putaui-
mus itaq3 meli⁹ ⁊ diximus. Extru-
amus nob altare nō i holocausta
neq3 ad victimas offerendas sed
in testimoniū inter nos ⁊ vos ⁊ so-
bolem nr̄āz vestrā q3 pgenie ut ser-
uiam⁹ dn̄o ⁊ iuris nr̄i sit offerre ⁊
holocausta ⁊ victīas ⁊ pacificas
hostias ⁊ nequaq̄ dicant cras fi-
lij vestri filijs nostris: nō est vob
ps in dn̄o. Qđ si voluerint dicere: re-
debunt eis. Ecce altare domini qđ
fecerunt p̄res nostri nō in holocau-
sta neq3 in sacrifitiū: s3 in testimoi-
um nostꝝ ac vestrū. Absit a nob
hoc scelus ut recedam⁹ a domino
⁊ eius vestigia relinq̄m⁹ extructo
altari ad holocausta ⁊ sacrificia
⁊ victimas offerendas preter al-
tare dn̄i dei nostri qđ extructuz est
an̄ tabernaculū eius. Quib⁹ audi-
tis phinees sacerdos ⁊ pn̄cipes lega-
cōis israhel qui erāt cum eo placa-
ti sūt ⁊ verba filiorū rubē ⁊ gad et
dimidie trib⁹ manasse libentissīe
susceperūt. Dixitq3 phinees filius
eleazari sacerdos ad eos. Nūc sci-
m⁹ q nobiscum sit dominus qm̄
alieni estis a preuaricacōne hac
⁊ liberastis filios israhel de manu
domini. Reuersusq3 est cū pn̄cipib⁹
a filijs ruben ⁊ gad de terra gala-
ad finibz chanaan ad filios isrl̄
⁊ retulit eis. Placuitq3 sermo cun-
ctis audientib⁹ ⁊ laudauerūt deū
filij israhel et nequaq̄ vltra dixe-
runt ut ascenderent contr̄ eos at-
q3 pugnarent et delerent terram
possessiōis eoꝝ. vocaueruntq3 filij
ruben ⁊ filij gad altare qđ extrux-
erant testimoniū nostꝝ q dominꝰ
ipse sit deus. ¶ Ca. xxiij.

Euoluto autē multo tpe p⁹q̄
pacē dederat dn̄s israheli sb-
iectis i gyro nacōib⁹ vniūsis ⁊ io-
sue iā longeuo ⁊ psenil' etatis. vo-
cauit iosue oēz israhelem maiores
q3 natu ⁊ pn̄cipes ac duces ⁊ ma-
gistros dixitq3 ad eos. Ego senui
⁊ pgressioris etatis sū vosq3 cerni-
tis oīa q̄ fecerit dn̄s deus vr̄ cūctis
p circuitū nacōib⁹ quō p vob ipē
pugnauerit. Et nūc q vob sorte di-
uisit oēm terrā ab orīētali pte ior-
danis vsq3 ad mare magnū mul-
teq3 adhuc supsūt naciones dn̄s
deus vr̄ dispdet eas ⁊ auferet a fa-
cie vrā ⁊ possidebitis terrā sic vob
pollicitus ē. Tm̄ cōfortami ⁊ esto-
te solliciti ut custodiatis cūcta q̄
scripta sūt in volumie legis moysi
⁊ nō declietis ab eis nec ad dextrā
neq3 ad sinistrā ne postq̄ itrueri-
tis ad gētes q̄ int̄ vos future sūt iu-
retis i noīe deoꝝ eaꝝ ⁊ suiatis eis
⁊ adoretis illos s3 adhereatis dn̄o
deo vr̄o qđ fecistis vsq3 in diē hāc

Et tūc auferet dn̄s deus in ꝯſpcū
veſtro gētes magnas ⁊ robuſtiſ-
ſimas ⁊ nullus vobis reſiſtere po-
terit. Unus e vobis pſequet̄ ho-
ſtiū mille viros. qꝛ dn̄s deus veſ-
ter ꝓ vobꝫ ipē pugnabit ſicut pol-
licitꝰ ē. hoc tm̄ diligētiſſime pca-
uete vt diligatis dn̄m deū veſtrū
Qđ ſi volueritis gentiū harū q̄ int̄
vos habitāt erroribꝰ adherē et
cū eis miſcere ꝯnubia atq; amici-
tias copulare: iā tūc ſcitote qꝛ do-
minꝰ deꝰ veſter nō eas deleat āte
faciē vrām. ſꝫ ſint vobis ī foueā
ac laqueū et offendiculū ex late-
re veſtro ⁊ ſudes in ocul' vrīs: do-
nec vos auferat atq; diſpdat de t̄-
ra hac optima quā tradidit vobꝫ
En ego hodie ingrediar viā vni-
uſe t̄re ⁊ toto aīo ꝯgnoſcetis qꝛ de
oībꝰ v̇bis que ſe dn̄s preſtiturū
vobis eē pollicitꝰ ē: vnū nō p̄te-
rierit incaſſū. Sicut ergo ipleuit
ope qđ ꝓmiſit ⁊ pſpera cūcta ve-
nerūt: ſic adducet ſup vos q̇cq̇d
malorū ꝯminatꝰ ē. donec vos au-
ferat atq; diſpdat de t̄ra hac op-
tima quā tradidit vobꝫ. eo qꝛ p̄te-
rieritis pactū dn̄i dei vrī qđ pepi-
git vobiſcū ⁊ ſuieritis diis alie-
nis ⁊ adorauerit eos. Cito atq;
velocit' ꝯſurget ī vos furor dn̄i ⁊
auferemini ab hac terra optima
quā tradidit vobꝫ. ¶ Ca. xxiiii.

Congregauit ioſue oēs t̄bꝰ
iſrl' in ſychem et vocauit ma-
iores natu ac pncipes ⁊ iudices ⁊
magiſtros. ſteterūtq; ī conſpectu
dn̄i ⁊ ad ppl'm ſic locutꝰ ē. Hec di-
cit dn̄s deꝰ iſrl'. Trās fluuiū ha-
bitauerūt prēs vrī ab initio tha-
re pater abraham ⁊ nachor ſer-
uieruntq; diis alienis. Tuli ergo
patrē vrm abrahā de meſopota-
mie finibꝰ ⁊ adduxi eū in t̄ra cha-
naan. multiplicauiq; ſemen eius
⁊ dedi ei yſaac. illiq; rurſū dedi ia-
cob ⁊ eſau. E qbꝰ eſau dedi mō-
tē ſeyr ad poſſidēdū. iacob vero
⁊ filii eiꝰ deſcenderūt in egiptū. Mi-
ſiq; moyſen ⁊ aaron ⁊ pcuſſi egi-
ptū mltis ſignis atq; portētis. e-
duxiq; vos ⁊ prēs vros de egip-
to ⁊ veniſtis ad mare. pſecutiq; ſūt
egiptii prēs vros cū curribꝰ et
eqtatu vſq; ad mare rubrū. Clama-
uerūt aūt ad dn̄m filii iſrl' q̄ poſuit
tenebras int' vos ⁊ egiptios ⁊ addux-
it ſup eos mare ⁊ operuit eos. Vi-
derūt oculi vrī cūcta q̄ ī egipto fe-
cerim ⁊ habitaſtis in ſolitudine mlt'
to tpe ⁊ introduxi vos ī t̄rā amor-
rei qui habitabat trans iordanē.
Cumq; pugnarent contra vos.
tradidi eos in manus veſtras.
et poſſediſtis terram eorum atq;
interfeciſtis eos. Surrexit autē
balach filius ſephor rex moab
et pugnauit contra iſrahelem.
Miſitq; ⁊ vocauit balaā filiū beor
vt malediceret vobꝫ ⁊ ego nolui
audire eū. ſꝫ econtrario p illū bn̄dixi
vobꝫ ⁊ liberaui vos de manu eiꝰ.
Trāſiſtiſq; iordanē ⁊ veniſtis ad
iericho. pugnaueruntq; ꝯtra vos
viri ciuitatis eiꝰ. amorreꝰ et phe-
rezeus ⁊ chananeus ⁊ etheus ⁊
gergeſeus et eueus ⁊ iebuſeus
⁊ tradidi illos in manꝰ veſtras.
Miſiq; ante vos ſcrabrones ⁊ e-
ieci eos de locis ſuis. duos reges
amorreorum non in gladio et in
arcu tuo dediq; vobꝫ terrā ī q̄ nō la-
boraſtis ⁊ vrbes q̄s nō edificaſtis

ut hitaretis in eis vineas ⁊ oliue
ta que nō plantaſtis. Nūc ergo ti
mete dn̄m ⁊ ſeruite ei pfecto corde
atꝫ veriſſimo ⁊ auferte deos q̄bꝰ
ſeruierūt pr̄es veſtri i meſopota
mia ⁊ in egipto ac ſeruite domiō
Sin autē malum vobis videtur ut
domino ſeruiatis optio vobis da
tur. Eligite hodie qđ placet cui ſer
uire potiſſimū debeatis vtrū diȷs q̄
bus ſeruierunt pr̄es veſtri in me
ſopotamia an diȷs amorreorum in
quorum terra habitatis. Ego au
tem ⁊ domus mea ſeruiemus do
mino. Reſpondit populus ⁊ ait.
Abſit a nobis ut relinquamꝰ do
minū ⁊ ſeruiamꝰ diȷs alienis Do
minꝰ deus noſter ipſe eduxit nos
⁊ pr̄es noſtros de terra egypti et
de domo ſeruitutis. fecitqꝫ videnti
bus nobis ſigna ingentia ⁊ cuſto
diuit nos in omni via per quam
ambulauimꝰ ⁊ in cūctis populis
p quos trāſiuimꝰ ⁊ eiecit vniuer
ſas gentes amorreorūꝫ habitato
rem terre quā nos intrauimus.
Seruiemꝰ igitur domino quia ip
ſe eſt deꝰ noſter. Dixit ioſue ad po
pulū. Non poteritis ſeruire domi
no. deꝰ .n. ſanctꝰ ⁊ fortis emulator
eſt nec ignoſcꝫ ſceleribꝰ veſtris ac
peccatis. Si dimiſeritis dominuꝫ ⁊
ſeruieritis diȷs alienis cōuertꝫ ſe
⁊ affliget vos atꝫ ſbuertet poſtq̄
vobis p̄ſtiterit bona. Dixitqꝫ popu
lus ad ioſue. Nequaq̄ ita ut loq̄
ris erit ſ domino ſeruiemꝰ. Et io
ſue ad populum teſtes inquit vos
eſtis qꝛ ipſi elegeritis vobis dn̄m
ut ſuiatis ei. Rn̄deruntqꝫ. Teſtes.
Nūc ergo ait auferte deos alienōs
de medio veſtri ⁊ inclinate corda
veſtra ad dominū deū iſrahel. Dix
itqꝫ populus ad ioſue. Domino
deo noſtro ſeruiemꝰ ⁊ obedientes
erimus preceptis eius. Percuſſit
ergo ioſue in die illo fedus ⁊ pro
poſuit populo precepta atqꝫ iudi
cia in ſichem. Scripſitqꝫ omnia v̄
ba hec in volumine legis domini ⁊
tulit lapidem pgrandem poſuitqꝫ
eū ſubter quercū que erat in ſācu
ario dn̄i ⁊ dixit ad oēm populum
En lapis iſte erit vobis in teſtimo
niū qꝛ audieritis omnia verba do
mini q̄ locutus ē vobis ne forte po
ſtea negare velitis ⁊ mentiri dn̄o
deo veſtro. Dimiſitqꝫ populū ſingu
los in poſſeſſionē ſuā. Et poſt hec
mortuus ē ioſue filius nun ſeruꝰ
dn̄i centū decēꝫ ānorū ſepelierūtqꝫ
eū in finibꝰ poſſeſſiōis ſue in thā
nath ſare q̄ ſita ē in mōte ephrai
a ſeptētrionali pte mōtis gaas.
Seruiuitqꝫ iſrl̄ dn̄o cūctis diebꝰ
ioſue ⁊ ſeniorū ⁊ qui longo vixerāt
tēpe poſt ioſue qui nouerāt ōnia
opa dn̄i que fecerāt in iſrl̄. Oſſaqꝫ
ioſeph que tulerāt filȷ iſrahel de
egypto ſepeliert in ſichem in pte
agri quem emerat iacob a filȷs
emmor patris ſichem centum no
uellis ouibꝰ ⁊ fuit i poſſeſſionē fi
liorum ioſeph Eleazarqꝫ filius aa
ron mortuꝰ eſt ⁊ ſepelierūt eum in
gabaath phinees filȷ eius q̄ da
ta eſt ei in mōte ephraim.

Explicit liber Joſue.
Incipit liber ſopthim
quē nos Judicū appel
lamus. Ca. primū.

Oſt mortē ioſue ↄſu-
luerūt filij iſrł do-
minū dicētes. Quis
aſcendet añ nos cō-
tra chananeum et
erit dux belli. Dixitꝫ dñs. Judas
aſcēdet Ecce tradidi t̄rā in manu
eius. Et ait iudas ſymeoni fratꝛ
ſuo. Aſcēde mecū in ſorte mea et
pugna ↄtra chananeū ut ⁊ ego
ꝑgā tecū in ſorte tua. Et abijt cū
eo ſymeō. Aſcēditq̄ʒ iudas ⁊ tra-
didit dñs chananeū ac phereze-
um in man⁹ eoꝝ et ꝑcuſſerūt i be-
zech. x. milia viroꝝ. Inuenerūtq̄ʒ
adonibezech i bezech ⁊ pugnauerūt
ↄtra eū ac ꝑcuſſerūt chananeū
⁊ pherezeū Fugit aūt adonibeze-
ch quē ꝑſecuti ↄphēderūt ceſis ſū-
mitatib⁹ manuū ei⁹ ac pedū. Dix-
itq̄ʒ adonibezech Septuagīta re-
ges āputatis manuū ac pedū ſū-
mitatib⁹ colligebāt ſb̄ mēſa me-
a ciboꝝ reliq̄as ſicut feci itaq̄ʒ red-
didit mihi de⁹. Adduxerūtq̄ʒ eū i
iheruſalē ⁊ ibi mortu⁹ ē. Oppug-
nātes ergo filij iuda iheruſalē ce-
perūt eā ⁊ ꝑcuſſerūt i oē gladij tra-
dētes cūctā incēdio ciuitatē. Et po-
ſtea deſcēdētes pugnauerūt con-
tra chananeū q̄ hitabat in mon-
tanis et ad meridiē i cāpeſtribus
Pergēſq̄ʒ iudas ↄtra chanane-
um q̄ hitabat in hebrō cui⁹ nomē
fuit antiq̄t⁹ cariatharbe ꝑcuſſit
ſyſai ⁊ haymā ⁊ tholmai atq̄ʒ in-
de ꝓfect⁹ abijt ad hitatoēs da-
bir cui⁹ nomē vetus eāt cariath
ſepher id ē ciuitas litterarū. Dix-
itq̄ʒ caleph. Qui percuſſerit cari-
ath ſepher ⁊ vaſtauerit eā dabo
ei axā filiā meā vxorē. Cūq̄ʒ ce-
piſſꝫ eā othoniel filius cenez fra-
tꝛ caleph minor dedit ei axam fili-
ā ſuā cōiugē Quā ꝑgētē i itinere
monuit vir ſuus ut peteret a pa-
tre ſuo agrū. Que cū ſuſpiraſſꝫ ſedēs
in aſino dixit ei caleph q̄d hēs.
At illa rñdit. Da m̄ bñdictionē. q̄r
terraꝫ arētē dediſti m̄ da ⁊ irrigu-
am aq̄s. Dedit ergo ei caleph ir-
riguū ſuperi⁹ ⁊ irriguū inferi⁹. Fi-
lij aūt cinei cognati moyſi aſcēde-
rūt de ciuitate palmarū cum filijs
iuda i deſ̄tū ſortis ei⁹ qđ ē ad me-
ridiē arath ⁊ hitauerūt cū eo. A-
bijt aūt iudas cū ſymeōe fratre
ſuo ⁊ ꝑcuſſerūt ſil' chananeū q̄
habitabat in ſephat ⁊ interfecerūt
eū. Vocatūq̄ ē nomē vrb' horma id
ē anathema. Cepitq̄ʒ iudas ga-
zā cū finib⁹ ſuis ⁊ aſchalonē atq̄ʒ
accarō cū t̄minis ſuis. Fuitq̄ʒ do-
min⁹ cū iuda ⁊ mōtana poſſedit
Nec potuit delē habitatoēs vall'
q̄r falcatis curib⁹ abūdabant.
Dederūtq̄ʒ caleph hebrō ſicut dix-
erat moyſes q̄ deleuit ex ea tres
filios enach. Iebuſeū āt habi-
tatorē ihrłm nō deleuerūt filij be-
niamin habitauitq̄ʒ iebuze⁹ cū fi-
lijs beniamin in ihrłm vſq̄ʒ in p̄n-
tē diē. Dom⁹ q̄ʒ ioſeph aſcēdit in
bethel. fuitq̄ʒ dñs cū eis. Nā cūʒ
obſiderēt vrbē q̄ p̄us luza voca-
bat' viderūt hoieꝫ egrediētē de ci-
uitate dixerūtꝫ ad eū. Oſtēde no-
bis introitū ciuitatis ⁊ faciemus
tecū miſericordiam. Qui cum oſ-
tendiſſet eis percuſſerunt urbeꝫ
in ore gladij. hominen aūt illū ⁊
oēꝫ ↄgnacōeꝫ ei⁹ dimiſerūt Qui
dimiſſus abijt i t̄rā ethim ⁊ edi-
ficauit ibi ciuitatem. Vocauitq̄ʒ

eā luſā q̄ ita appellat̄ vſq; i p̄ñtē3
die̅. Manaſſeſq; nō deleuit bethſā
ꝛ chanath cum viculis ſuis ꝛ ha
bitatores dor ꝛ ieblaam ꝛ maied
do cū3 viculis ſuis. cepitq; chana
neus hītare cū eis. Poſtq̄ autem
ↄfortatus ē iſrl̄ fecit eos tributa
rios ꝛ delere noluit. Ephraim eciā
nō interfecit chananeū q̄ hītabat i
gazer ſ3 hītauit cū eo. Zabulon nō
deleuit hītatores cethron ꝛ naalō
ſ3 hītauit chananeꝰ in medio eiꝰ
factuſq; eſt ei tributariꝰ. Aſer q̄3 n̄
deleuit habitatores accho ꝛ ſydo
nis alab ꝛ achazib et amma et a
phech ꝛ roob. habitauitq; in me
dio chananei hītatoris illiꝰ terre
nec interfecit eū. Neptalim q̄3 non
deleuit habitatores bethſemes ꝛ
bethanath ꝛ habitauit int̄ cha
naneū habitatorē terre. fuerūtq;
ei bethſemite ꝛ bethanite tributa
rij. Artauitq; amorreꝰ filios dan
in monte nec dedit eis locū ut ad
planiora deſcendēnt. habitauit
q; in monte hares qđ interpreta
tur teſtacō in haylon ꝛ ſalabim.
Et aggrauata eſt manꝰ domꝰ io
ſeph. factuſq; ē ei tributariꝰ. Fu
it autē terminꝰ amorrei ab aſcēſu
ſcorpiōis petra ꝛ ſupiora loca.

Ascenditq; angelꝰ Ca. ij.
dn̄i de galgala ad locū flen
tiū ꝛ ait. Eduxi vos de egypto ꝛ in
troduxi in terrā p̄ qua iuraui pa̅
bus veſtris ꝛ pollicitus ſū ut non
facerem irritū pactū meū vobiſcū
in ſempiternū ita dūtaxat ut nō fe
retis fedꝰ cū hītatoribꝰ t̄re huiꝰ
ꝛ aras eoꝝ ſubuerteretis ꝛ noluiſtis
audire vocem meam. Cur hoc feci
ſtis. Quāobrē3 nolui delere eos a
facie veſtra ut habeatis hoſtes ꝛ dij
eoꝝ ſint vobis in ruinā. Cūq; loq
ret̄ angelus dn̄i hec verba ad om
nes filios iſrahel. eleuauerūtq; vo
cem ſuā ꝛ fleuerunt. Et vocatū eſt
nomē loci illius flentiū ſiue lacri
maꝝ. ymolaueruntq; ibi hoſtias
dn̄o. Dimiſit ergo ioſue populū ꝛ
abierūt filij iſrl̄ vnuſquiſq; i poſ
ſeſſiōem ſuā ut obtinēnt eam ſer
uieruntq; domino cūctis diebꝰ eiꝰ
ꝛ ſenioꝝ qui longo poſt eū vixerūt
tempe ꝛ nouerāt ōnia opera dn̄i
ni que fecerat cū iſrl̄. Mortuus ē
autē ioſue filius nun famulus dn̄i
centū ꝛ decē annoꝝ ꝛ ſepelierūt eū
in finibꝰ poſſeſſionis ſue in tham
nathſare in mōte ephraim ꝛ ſep
tētrionali plaga montis gaas.
Omniſq; illa generacō ↄgregata eſt
ad pr̄es ſuos ꝛ ſurrexerūt alij q̄ nō
nouerūt dn̄m ꝛ opera que fecerat
cū iſrl̄. Feceruntq; filij iſrl̄ malū
i ↄſpcū domini ꝛ ſeruierunt baali
ac dimiſerunt dn̄m deū p̄rm ſuoꝝ
q̄ eduxerat eos de terra egipti ꝛ ſe
cuti ſūt deos alienos. deoſq; popu
loꝝ qui hītabāt in circuitu eoꝝ ꝛ
adorauerunt eos ꝛ ad iracundiā
ↄcitauerūt dn̄m dimittētes eū ꝛ
ſuientes baal ꝛ aſtaroth. Iratus
q; dn̄s ↄtra iſrl̄ tradidit eos i ma
nus diripientiū q̄ ceperūt eos ꝛ vēdi
derunt hoſtibꝰ q̄ hītabāt p̄ gyrū
nec potuerūt reſiſtere aduerſarijs
ſuis ſ3 quocūq; p̄gē voluiſſent ma
nus dn̄i ſup eos erat. ſic locutus
ē ꝛ iurauit eis ꝛ vehement̄ afflicti
ſūt. Suſcitauitq; dn̄s iudices q̄ li
berārēt eos de vaſtātiū manibꝰ. ſ3
nec eos audiē voluerūt fornicātes
cū dijs alienis ꝛ adorantes eos.

Cito deſeruerũt viã ꝑ quã ingreſſi
fuerũt pres eoꝝ et audiẽtes mã
data dñi oĩa fecere ↄtraria. Cũq;
dñs iudices ſuſcitaret. ĩ diebus
eorũ flectebat̃ mĩa ⁊ audiebat
afflictoꝝ gemit⁹ ⁊ liberabat eos
de cede vaſtãtiũ. P⁹ꝙ ãt mortu⁹
eſſ; iudex. reuertebãt̃ et mlto fatie
bãt maiora ꝙ fecerãt pres eorũ
ſequẽtes deos alienos ſuientes
eis ⁊ adorãtes illos. Nõ dimiſert
adinuẽtiões ſuas ⁊ viã duriſſimã;
ꝑ quã ãbulaẽ ↄſueuerãt. Iratuſq;
ẽ furor dñi in iſrl' et ait Quia irri
tũ fecit gẽs iſta pactũ meũ qđ pe
pigerã cũ patrib⁹ eorũ ⁊ vocem
meã audiẽ ↄtẽpſit ⁊ ego nõ dele
bo gẽtes qs dimiſit ioſue et mor
tu⁹ ẽ. vt ĩ ipis experiar iſrl' vtrũ
cuſtodiãt viã dñi ⁊ ãbulẽt in ea
ſicut cuſtodierũt pres eoꝝ. an ñ.
Dimiſit ergo dñs oẽs has nati
ones ⁊ cito ſbũtere noluit. nec
tradidit ĩ maib⁹ ioſue. ¶Ca. iij.
Hee ſũt gẽtes qs dñs dẽliqt
ut erudiet ĩ eis iſrahelẽ et õ
nes q non nouerãt bella chana
neoꝝ ⁊ poſtea diſcerent filij eoꝝ
certare cũ hoſtib⁹ ⁊ hẽre cõſuetudi
nẽ p̃liãdi: quiq; ſatrapes philiſ
tinoꝝ. omnẽq; chananeũ ⁊ ſydo
niũ atq; eueũ. q hitabat ĩ mõte
libano de mõte baalhermõ vſq;
ad ĩtroitũ emath Dimiſitq; eos
ut ĩ ipis experiret̃ iſrahelẽ: vtꝝ au
diret mãdata dñi q p̃cepat pat
b⁹ eoꝝ ꝑ manũ moyſi an ñ. Ita
q; filij iſrl' hitauerũt ĩ medio cha
nanei ⁊ ethei ⁊ amorei ⁊ pherezei
⁊ euei ⁊ iebuſei. ⁊ duxerũt vxo
res filias eoꝝ. ipiq; filias ſuas fi
lijs eoꝝ tradiderũt et ſuierũt dijs

eoꝝ. Feceruntq; malũ ĩ ↄſpcũ dñi
⁊ obliti ſũt dei ſui ſuiẽtes et baalim
⁊ aſtharoth Iratuſq; dñs cõtra
iſrl' tradidit eos in man⁹ chuſã
ra ſathaim regis meſopotaie: ſui
erũtq; ei octo ãnis. Et clamauerũt
ad dñm. q ſuſcitauit eis ſaluato
rẽ ⁊ libauit eos. othoniel videli
c; filiũ cenẽ frẽ; caleph minorẽ;
ſuitq; in eo ſpũs dñi ⁊ iudicauit
iſrl' Egreſſuſq; ẽ ad pugnã ⁊ tra
didit dñs in man⁹ ei⁹ chuſanra
ſathaim regẽ ſirie ⁊ oppreſſit eũ
Quieuitq; tra qdraginta ãnis et
mortu⁹ ẽ othoniel fili⁹ cenẽ. Ad
diderũt ãt filij iſrl' facere malũ ĩ cõ
ſpcũ dñi. q ↄfortauit aduſũ eos
eglon regẽ moab. q fecerũt malũ
ĩ ↄſpcũ ei⁹ Et copulauit ei filios
ãmon ⁊ amalech. abijtq; ⁊ pcuſ
ſit iſrl' atq; poſſedit vrbẽ palma
rũ Seruieruntq; filij iſrl' eglon regi
moab decẽ ⁊ octo ãnis et poſtea
clamauerũt ad dñm. Qui ſuſci
tauit eis ſaluatorẽ vocabulo a
oth filiũ gera filij iemini. q
vtraq; manu ꝓ dextera vtebat̃
Miſeruntq; filij iſrl' ꝑ illũ munera
eglon regi moab Qui fecit ſibi
gladiũ ãcipitẽ hñtẽ ĩ medio ca
pulũ lõgitudis palme man⁹ et
accinct⁹ ẽ eo ſbt ſagũ ĩ dext° femo
re Obtulitq; munera eglõ regi mo
ab. Erat ãt eglõ craſſ⁹ nimis. Cũ
q; obtuliſſ; ei munera pſecutus ẽ
ſotios q cũ eo vẽrãt ⁊ reuerſus de
galgal' vbi erãt ydola Dixit ad
regẽ Verbũ ſecretũ hẽo ad te o
rex. Et ille ĩpauit ſilẽtiũ. Egreſſiſq;
oib⁹ q erãt cũ eo. igreſſ⁹ ẽ aoth
ad eũ. Sedebat ãt in eſtiuo cena
culo ſol⁹ Dixitq; Verbũ dei hẽo

ad te. Qui statī surrexit de throno
Extēditq; aoth sinistrā manū et
tulit sicam de dextro femore suo in
fixitq; in ventrē eiꝰ tā valide ut ca-
pulus seqretur ferrū in vulnē ac
pinguissiō adipe stringeret. Nec
eduxit gladiū sed ita ut ꝑcusserāt
reliqt in corpe statimq; ꝑ secreta
naturē alui stercorā ꝓruperūt. Aoth
autē clausis diligētissime hostijs
cenaculi ⁊ obfirmatis ꝑ posticam
egressus est. Seruiq; regis igressi
viderūt clausas fores cenaculi atq;
dixerūt. forsitan purgat aluū i esti-
uo cubiculo. Expectantesq; diu do-
nec erubescerent ⁊ vidētes ꝙ nullꝰ
aperiret tulerūt clauē ⁊ apientes in-
uenerūt dñm suum in terra iacētē
mortuū. Aoth autē dū illi turbarē-
tur effugit ⁊ ptrāsijt locū ydolorū
vnde reuersus fuerat. Venitq; i sey-
rath ⁊ statī insonuit buccina in
mōte ephraim. descēderūtq; cū eo
filij isrł ipō i frōte grdiēte. Qui dix-
it ad eos. Seqmini me. Tradidit
eī dñs inimicos nrōs moabitas
in manꝰ nrās. Descēderūtq; post eū
⁊ occupauerunt vada iordānis q
trāsmittūt in moab ⁊ nō dimiserūt
trāsire quēq̄. sꝫ ꝑcusserūt moabi-
tas in tempe illo circit decē milia
omnes robustos ⁊ fortes viros.
Nullꝰ eorū euadē potuit. Humilia-
tus est moab in die illo sub manū
israhel ⁊ qeuit terra octoginta an-
nis a prelijs. Post hūc fuit sāgar
filiꝰ anath q ꝑcussit de philistijm
sexcētos viros vomē. Et ipseq; de-
fendit israhel. Ca. iiij.
Addideruntq; filij isrł facere malū
in cōspectu dñi pꝰ mortē aoth
⁊ tradidit illos dñs i manꝰ iabī
regis chanaan q regnauit i asor
habuitq; ducē exercitꝰ sui nomi-
ne sisarā. Ipse autē hītabat i aro-
zeth gētiū. Clamaueruntq; filij isrł
ad dñm. Nōgentos eni habebat fal-
catos currus ⁊ pviginti ānos ve-
hemēt oppresserat eos. Erat autē
debbora pphetes vxor lapidoth q
iudicabat populū in illo tēpe ⁊ se-
debat sb palma q nomine illius
vocabat inter rama ⁊ bethel in mō-
te ephraim. ascēdebātq; ad eā fi-
lij israhel in omne iudiciū. Que mi-
sit ⁊ vocauit barach filiū abinoē
de cedes neptalim. Dixitq; ad eū
Precepit tibi dominꝰ deꝰ isrł. Va-
de descende ⁊ duc exercitū in mōtem
tabor tollesq; tecū decē milia pug-
natorū de filijs neptalim ⁊ de filijs
zabulon. Ego autē adducā ad te
in loco torrentis cison sisaram pri-
cipē exercitus iabin ⁊ currus eiꝰ
atq; omnē multitudinē ⁊ tradam
eos in manu tua. Dixitq; ad eam
barach. Si venis mecū vadā si no-
lueris venire mecū nō pgā. Que di-
xit ad eū. Ibo qdē tecū sed in hac
vice victoria nō reputabit tibi qꝫ
in manu mulieris tradetur sisara
Surrexit itaq; debbora ⁊ pexit cū
barach in cedes. Qui accitis zabu-
lon ⁊ neptalim ascendit cū decem
milibꝰ pugnatorū hñs debboram
in comitatu suo. Aber autē cineꝰ re-
cesserat quōdā a ceteris cineis fribꝫ
suis filijs obab cognati moysi et
tetēderat tabnacula vsq; ad val-
lem q vocatur sennim ⁊ erat iuxta
cedes. Nunciatumq; est sisare ꝙ
ascendisset barach filius abino-
em in montem thabor. Et congre-
gauit nōgentos falcatos currus

⁊ oẽꝫ exercitũ de aroſeth gẽtiũ ad
torrentẽ cyſõ. Dixitq̃ debbora ad
barach. Surge hec eſt em̃ dies in
q̃ tradidit dñs ſiſarã i man⁹ tuas
En ipẽ ductor ẽ tu⁹. Deſcẽdit itaq̃
barach de monte thabor ⁊ decem
milia pugnatoꝝ cũ eo. Perterruit
q̃ dñs ſiſarã ⁊ oẽs curr⁹ ei⁹ vniũ
ſãq̃ multitudinẽ in ore gladij ad
ꝯſpectũ barach intãtũ vt ſiſara de
curru deſiliens pedibus fugerꝫ ⁊
barach pſeqret̃ fugiẽtes curr⁹ ⁊
exercitũ vſq̃ ad aroſeth gentiũ ⁊
ois hoſtiũ multitudo vſq̃ ad inter
necõeꝫ caderꝫ. Siſara autẽ fugiẽs
peruẽit ad tẽtoriũ iahel vxoris aber
cinei. Erat autẽ pax int̃ iabin regẽ
aſor ⁊ domum aber cinei. Egreſſa
igit̃ iahel i occurſũ ſiſare dixit ad
eũ. Intra ad me domine mi ne tĩe
as. Qui ingreſſus tabnaculũ eius
⁊ optus ab ea pallio dixit ad eã
Da m̃ obſecro paululũ aque q̃ ſi
tio valde. Que apuit vtreꝫ lactis
⁊ dedit ei bibere ⁊ opuit illũ. Dixit
q̃ ſiſara ad eã. Sta añ hoſtiũ tab
nacli ⁊ cũ venerit aliq̃s interrogãs
te ⁊ dicẽs nũqd hĩ ẽ aliq̃s: rñdeb
Nullus eſt. Tulit itaq̃ iahel vxor
aber clauũ tabnaculi aſſumẽs pi
ter ⁊ malleũ ⁊ ingreſſa abſcõdite
⁊ cũ ſilẽcio poſuit ſup timpus capi
tis eius clauũ pcuſſumq̃ malleo
defixit in cerebꝝ vſq̃ ad terrã q̃ ſo
porẽ morti ſociãs defecit ⁊ mortu⁹
eſt. Et ecce barach ſequẽs ſiſaram
veniebat: egreſſaq̃ iahel i occurſũ
ei⁹ dixit ei. Veni ⁊ oñdam tibi vi
rũ quẽ queris. Qui cũ intraſſꝫ ad
eã vidit ſiſarã iacẽtẽ mortuũ ⁊ cla
uũ infixũ in tĩpoẽ ei⁹. Humiliauit er
go deus in die illo iabin regẽ cha
naan corã filijs iſrl̃ qui creſcebãt
quotidie ⁊ forti manu opprimebãt
iabin regem chanaan donec dele
rent eum. ¶ Ca. v.

Ceciner̃tq̃ debbora ⁊ barach
filius abinoem in die illo di
centes. Qui ſpõte obtuliſtis de iſrl̃
aïas vrãs ad piculũ: bñdicite do
mino. Audite reges aurib⁹ pcipi
te pñcipes. Ego ſũ que dño canãꝫ
pſallã dño deo iſrl̃. Dñe cũ exires
de ſeir ⁊ trãſires p regiões edom t̃
ra mota ẽ. celiq̃ ac nubes diſtilla
uerũt aq̃s. Montes fluxerũt a facie
dñi ⁊ ſynai a facie dñi dei iſrl̃. In
dieb⁹ ſãgar filij anath in dieb⁹
iahel q̃euerũt ſemite ⁊ q̃ ingredie
bãtur p eas ãbulauerũt p calles
deuios. Ceſſauerũt fortes i iſrl̃ ⁊ q̃
euerũt donec ſurgẽt debbora ſurge
ret mat̃ in iſrl̃. Noua bella elegit
dñs ⁊ portas hoſtiũ ipẽ ſubũtit Cli
pe⁹ ⁊ haſta ſi apparuerũt in q̃dra
ginta milib⁹ iſrl̃. Cor meũ diligit
pñcipes iſrl̃. Qui ꝓpria voluntate
obtuliſtis vos diſcrimi: benedicite
dño. q̃ aſcẽditis ſup nitẽtes aſiãs
et ſedetis ſup iudiciũ ⁊ ãbulatis i
via: loq̃mini Vbi colliſi ſũt curr⁹
⁊ hoſtiũ ſuffocatus ẽ exercitus. ibi
narrẽt̃ iuſticie dñi clemẽtie fortis
iſrl̃. Tũc deſcẽdit ppl's dñi ad por
tas ⁊ obtinuit pñcipatũꝫ. Surge
ſurge debbora: ſurge loq̃re canticũ.
Surge barach ⁊ apprehende capti
uos tuos fili abinoem. Saluate
ſũt reliq̃e ppl'i. Dñs in fortib⁹ dimi
cauit ex ephraĩ deleuit eos i ama
lech ⁊ poſt euꝫ ex beniamin in ppl'os
tuos o amalech. De machir pñci
pes deſcẽderũt. ⁊ de zabulon q̃ exer
citũ ducerent ad bellandũ. Duces

yſachar fuerē cū debboⁿā barach
veſtigia ſūt ſecuti·q̃ q̄ſi in p̄ceps
ac baratrū ſe diſcīmi dedit· Diui
ſo ꝯtra ſe rubē·magnimoꝝ ēpta
ꝯtētio ē· Quaē hītas int̄ duos t̄
mios·ut audias ſibilos gregū.c
Diuiſo ꝯtra ſe rubē magnimoꝝ
ēpta ꝯntēcō ē· Galaad trāsior
danē q̄ſcebat et dan vacabat
nauibꝰ· Aſer hītabat ī litoē ma
ris ⁊ ī portubꝰ moābat̄· zabulō
vero ⁊ nethalim obtulert̄ aīas
ſuas morti in regione moꝛ̄ōe· Ve
nert̄ reges ⁊ pugnauerūt· pug̃
uerūt reges chanaan in chanac
iux̄ aq̄s mageddon ⁊ tñ nl tulē
p̄dātes· De celo dimicatū ē ꝯtra
eos ſtelle manētes in ordine et
curſu ſuo adūſus ſiſarā pugnert̄
Torrēs ciſō traxit cadauea eoꝝ
torrēs cadumin torrēs ciſō Cō
culca anima mea robuſtos Vn
gule eq̄ꝝ ceciderēt fugiētibꝰ in ipe
tu ⁊ p̄ p̄ceps ruētibꝰ fortiſſimis
hoſtiū· Maledicite t̄re meroz dix
it āgelꝰ dñi maledicite habita
toribꝰ eiꝰ q̄ nō venert̄ ad auxi
liū dñi ⁊ adiutoriū fortiſſimoꝝ
eiꝰ· Bñdicta int̄ muliēs iahel vx
or aber cinei ⁊ bñdicat̄ ī tabnacu
lo Aquā petēti lac dedit·⁊ ī phia
la p̄ncipū obtulit butirū Siniſt
rā manū miſit ad clauū ⁊ dextrā
ad fabroꝝ malleos· p̄cuſſitq̄ ſi
ſarā q̄rēs in capite vulneri locū
⁊ timpꝰ valide pforās· Int̄ pedes
eiꝰ ruit defecit ⁊ mortuꝰ ē· Volue
bat̄ añ pedes eiꝰ ⁊ iacebat exani
mis ⁊ miſerabil̄· Per feneſtraz
reſpiciēs vlulabat mr̄ eiꝰ·⁊ de ce
naculo loq̄bat̄· Cur morat̄ ingre
di currꝰ eiꝰ q̄re tardauert̄ pedes

vīctū

quadrigaꝝ illiꝰ.c Vna ſapiētior
ceteris vxoribꝰ eiꝰ· hec ſocrui v̄
ba reſpōdit· Forſitā nunc diuidit
ſpolia ⁊ pulcherrima feiaꝝ eligit̄
ei· Veſtes diūſoꝝ coloꝝ ſiſaē tr̄
dūt̄ in p̄dā·⁊ ſuppellex varia ad
ornāda colla ꝯgerit̄· Sic pereāt
oēs inimici tui dñe· q̄ āt diligūt
te ſic̄ ſol ī ortu ſuo ſplendꝫ ita ruti
lēt Quieuitq̄ t̄ra p q̄draginta ā
nos.

Ca· vi.

Fecerūt āt filij iſrl̄ malū ī ꝯ
ſpcū dñi q̃ tradidit illos ī
manu madian ſeptē ānis ⁊ oppreſ
ſi ſūt valde ab eis· Feceīt q̄ ſibi āſ
tra et ſpelūcas ī mōtibꝰ et muni
tiſſima ad r̄pugnād loca· Cūq̄ ſe
uiſſꝫ iſrl̄ aſcendebat madiā ⁊ aā
lech ⁊ ceteri oriētaliū nacōnū ⁊ a
pd eos figētes tētoria· ſic erant
in herb cūcta vaſtabāt vſq̄ ad
introitū gaze·nlq̄ oino ad vita;
ptinēs rlinq̄bāt in iſrl̄ nō oues
ñ boues ñ aſinos· Ipſi em̄ ⁊ vniū
ſi greges eoꝝ veiebāt cū taberna
culis ſuis ⁊ inſtar locuſtaꝝ vniū
ſa ꝯplebāt· inumeā multitudo
hoim ⁊ cameloꝝ q̄cq̄d tetigerāt
deuaſtātes· Humiliatu ſꝫ ē iſrl̄ val
de ī ꝯſpcū madiā· Et clamauit ad
dñm poſtulās auxiliū ꝯtr madia
nitas· Qui miſit ad eos viꝝ p̄phe
tā ⁊ locutꝰ ē· Hec dicit dñs deus
iſrl̄· Ego feci vos cōſcēdēd egip
to ⁊ eduxi vos de domo ſuitutis
⁊ liberaui de manu egipcōꝝ ⁊ oim
inimicoꝝ q̄ affligebāt vos· Eiecitq̄
eos ad itroitū veſtꝝ ⁊ tradidi vo
bis t̄rā eoꝝ ⁊ dixi· Ego dñs deus
vr̄ Ne timeatis deos amorreoꝝ
in quorum terra habitatis· Et
noluiſtis audire vocem meam

Venit autē āgelus dn̄i ⁊ sedit sb
quercu q̄ erat i efra ⁊ ptinebat
ad ioas prēʒ fa̅ilie eʒdri. Cūq3 ge
deō filiꝰ eiꝰ excuteret atq3 purgaret
frumēta in torculari ut fugēt ma
dian: apparuit ei āgelꝰ dn̄i ⁊ ait.
Dn̄s tecū viroꝝ fortissime. Dixitq3
gedeon. Obsecro dn̄e mi si dn̄s no
biscū ē: cur ergo apphēderūt nos
hec oia. Ubi sunt mirabilia eiꝰ q̄
narrauerūt pr̄es n̄ri atq3 dixerūt de
egipto eduxit nos dn̄s. Nūc autē
dereliq̄t nos dn̄s ⁊ tradidit i manū
madian. Respexitq3 ad eum dn̄s ⁊
ait. Vade i hac fortitudie tua ⁊ li
berab isrl̄ de māu madian. Scito
ꝙ miserim te. Qui rn̄dēs ait. Obse
cro dn̄e mi i quo libabo isrl̄. Ecce
familia mea infima ē i manasse ⁊
ego minimꝰ in domo pr̄is mei. Dix
itq3 ei dn̄s. Ego ero tecū ⁊ pcuties
madian q̄si vnum viꝝ. Et ille: si i
ueni inq̄t grām corā te da m̄ signū
ꝙ tu sis q̄ loqueis ad me: nec rece
das hinc donec reuertar ad te por
tās sacrificiū ⁊ offerēs tibi. Qui rn̄
dit. Ego p̄stolabor aduentū tuū.
Ingressus ē itaq3 gedeō ⁊ coxit he
dū ⁊ de farine modio azimos pa
nes: carnesq3 ponēs in canistro et
ius carniū mittēs i ollā. tulit oia
sb quercu ⁊ obtulit ei. Cui dixit ā
gelꝰ dn̄i. Tolle carnes et azimos
panes ⁊ pone sup petrā illā ⁊ ius
desup fūde. Cūq3 fecisset ita. exten
dit angelꝰ dn̄i sūmitatē v̄ge quā
tenebat in manu ⁊ tetigit carnes
⁊ azimos panes: ascēditq3 ignis
de petra ⁊ carnes azimosq3 panes
cōsūpsit. āgelus autē dn̄i euanuit
ex oculis eiꝰ. Vidensq3 gedeon ꝙ
eēt āgelꝰ dn̄i ait. Heu mi dn̄e deꝰ.
ꝙ vidi āgelū dn̄i facie ad faciē. Di
xitq3 ei dn̄s. Pax tecū. Ne timeas
n̄ morieris. Edificauit ergo ibi gedeō
altarē dn̄o: vocauitq3 illud dn̄i pax
vsq3 in p̄ntē diē. Cūq3 adhuc esset
in efra q̄ est familia esdri: nocte illa
dixit dn̄s ad eū. Tolle thaurum
pr̄is tui ⁊ alteꝝ thauꝝ annoꝝ se
ptē. destruesq3 aram baal q̄ ē pr̄is
tui ⁊ nemus qd̄ circa arā est succide.
⁊ edificab altare dn̄o deo tuo in su
mitate petre huiꝰ super quā añ sa
crificiū posuisti. tollesq3 thaurum
sc̄m ⁊ offeres holocaustū sup struē
lignoꝝ q̄ de nemore succideris. As
sumptis ergo gedeon decē viris de
seruis suis: fecit sicut p̄ceperat ei do
minꝰ. Timēs autē domū pr̄is sui ⁊
homines illius ciuitatis p diē no
luit facē. sz oia nocte cōpleuit. Cū
q3 surrexissent viri oppidi eiꝰ mane
viderūt destructā arā baal lucūq3
succisū ⁊ thauꝝ alteꝝ īpositū sup
altare qd̄ tunc edificatū erat: dixe
rūtq3 adinuicē. Quis hoc fecit. Cū
q3 p q̄rerent auctorē facti: dictū est
Gedeon filiꝰ ioas fecit hec oia. Et
dixerūt ad ioas. Produc filium tu
um huc ut moriatur ꝙ destruxit
arā baal ⁊ succidit nemꝰ. Quibꝰ
ille rn̄dit. Nūq̄d vltores estis ba
al. ut pugnetis ꝓ eo. Qui aduer
sariꝰ ē eiꝰ moriat: añq3 lux crastīa
veniat. Si deꝰ ē vindicet se de eo q̄
suffodit arā eiꝰ. Ex illo die vocatꝰ
ē gedeō ierobaal: eo ꝙ dixisset io
as vlciscat se de eo baal. q̄ suffo
dit altare eiꝰ. Ergo ōis madiā ⁊
amalech ⁊ orientales ppli cōgregati
sūt sil ⁊ trāseūtes iordanē castra
metati sūt in valle iezrahel. spūs
autē dn̄i induit gedeō q̄ clangens

buccina ↄuocauit domū abiezer
ait · Dicite ei · Ne glorietur accinctus
eque vt diſcinct' · Factū ē āt cū
audiſſet benadab vbū iſtud bibe
bat ipſe et reges i vmbraculis et a
it ſuis ſuis · Circūdate ciuitatem
Et circūdederūt eā · Et ecce ppħa vn'
accedēs ad achab regē iſrł ait ei ·
Hec dicit dn̄s · Certe vidiſti oēm
multitudinem hanc nimiā · Ecce
ego tradā eā in manū tuā hodie
vt ſcias q̄ ego ſum dn̄s · Et ait a
chab · Per quē? Dixit ei · Hec dic
dn̄s · Per pediſſequos principū
puinciarū · Et ait · Quis incipiet p̄
liari · Et ille dixit · Tu · Recenſuit er
go pueros p̄ncipū puinciarū et
reperit numerū ducentorū triginta
duorū · Et recenſuit poſt eos popu
lū oēs filios iſrł ſeptē milia et
egreſſi ſūt meridie · Benadab āt
bibebat temulentus i vmbracu
lo ſuo ⁊ reges triginta duo cū eo q̄
ad auxiliū eius venerant · Egreſſi
ſūt autē pueri p̄ncipū puinciarū
in prima fronte · Miſit itaq bena
dab q̄ nūciauerūt ei dicentes · Viri
egreſſi ſūt de ſamaria · At ille ait ·
Siue p pace veniūt apprehendite
eos viuos · ſiue vt p̄lient̄ viuos
eos capite · Egreſſi ſūt ergo pueri
p̄ncipū puinciarū ac reliqu' exer
citus ſeq̄bat̄ · Et pcuſſit vnuſq̄ſq
virū q̄ ɔtra ſe veniebat · fugerūtq
ſyri ⁊ pſecutus ē eos iſrł · Fugit quoq
benadab rex ſirie in equo cū equi
tib' ſuis · Nec nō egreſſus rex iſrł
pcuſſit equos ⁊ currus ⁊ pcuſſit
ſiriam plaga magna nimis · Acce
dens autē ppħeta ad regem iſrahel



dixit ei. Vade ⁊ ꝯfortare ⁊ ſcito ⁊
vide q̄d faćias. Sequēti em̄ anno
rex ſirie aſcēdet ꝯtra te. Serui vero
regis ſirie dixerūt ei. Dij mōtiū ſūt
dij eoꝝ ideo ſupauerūt nos. Sed
meli⁹ ē vt pugnem⁹ ꝯtra eos in
cāpeſtribus ⁊ obtīebim⁹ eos. Tu
ergo verbū hoc fac. Amoue reges
ſingulos ab exercitu tuo ⁊ pone
pn̄cipes ꝓ eis ⁊ inſtaura numerū
militū q̄ ceciderit de tuis ⁊ eq̄s ſc̄d3
eq̄s p̄ſtinos ⁊ curr⁹ ꝰm curr⁹ q̄s
añ habuiſti ⁊ pugnabim⁹ ꝯtra
eos in cāpeſtrib⁹ ⁊ videb̄ q̄d obti
nebim⁹ eos. Credidit ꝯſilio eorū
⁊ fecit ita. Igit̄ poſtq̄ ānus tran
ſieāt recēſuit benadab ſiros ⁊ aſcē
dit in affec vt pugnaret ꝯtra iſr̄l
Porro filij iſr̄l recēſiti ſūt ⁊ accep
tis cibarijs profecti ex adūſo. ca
ſtraq3 metati ſūt ꝯtra eos quaſi
duo parui greges capraꝝ. ſiri au
tē repleuerūt terrā. Et accedēs vn⁹
vir dei dixit ad regē iſr̄l. Hec dic̄
dn̄s. Quia dixerūt ſiri de⁹ montiū
ē dn̄s ⁊ nō ē de⁹ valliū: dabo oēm
multitudinē hāc grādez in manu
tua ⁊ ſcietis q2 ego ſū dn̄s. Dirige
bātq3 ſeptē dieb3 ex aduerſo hij
atq3 illi acies. ſeptima autē die ꝯ
miſſuz ē bellū. Percuſſerūtq3 filij
iſr̄l de ſiris cētū milia peditū i die
vna. Fugerūt autez ſiri qui remā
ſerūt in affec in ciuitatez ⁊ cecidit
murus ſup vigītiſeptem milia ho
minū qui remāſerāt. Porro bena
dab fugiens ingreſſus ē ciuitatē
in cubiculū quod erat intra cubi
culum. dixeruntq3 ei ſerui ſui. Ecce
audimus q2 reges domus iſrahel
clementes ſint. Ponamus itaq3
ſaccos in lumbis noſtris et funi
culos in capitibus noſtris ⁊ egre
diamur ad regez iſr̄l: forſitan ſal
uabit animas noſtras. Accinxe
runt ſaccis lumbos ſuos ⁊ poſue
runt funiculos in capitibus ſuis.
veneruntq3 ad regem iſr̄l ⁊ dixe
runt ei. Seruus tuus benadab di
cit. Viuat oro te anima mea. Et il
le ait. Si adhuc viuit: frater me⁹
eſt. Q̄d acceperunt viri ꝓ omine ⁊
feſtinantes rapuerunt verbū ex
ore eius atq3 dixerūt. Frater tu⁹
benadab. Et dixit eis. Ite ⁊ addu
cite eum ad me. Egreſſus eſt ergo
ad eū benadab ⁊ leuauit eū i cur
ruz ſuū. Qui dixit ei. Ciuitates q̄s
tulit pater meus a patre tuo red
dam et plateas fac tibi in dama
ſco ſicut fecit pat̄ meus i ſamaria
⁊ ego federatus recedā a te. Pepi
git ergo fedus ⁊ dimiſit eū. Tūc vir
quidā de filijs ꝓphaꝝ dixit ad ſo
ciū ſuū in ſmōe dn̄i. Percute me
At ille noluit ꝑcutere. Cui ait. q2
noluiſti audire vocē dn̄i: ecce rece
des a me ⁊ percutiet te leo. Cumq3
paululū receſſiſſet ab eo: inuenit
eū leo atq3 ꝑcuſſit. S3 ⁊ alteꝝ inue
niēs viꝝ dixit ad eū. Percute me
Qui ꝑcuſſit eū ⁊ vulnerauit. Abijt
ergo ꝓpha ⁊ occurrit regi in via ⁊ mu
tauit aſpſione pulueris os ⁊ ocu
los ſuos. Cumq3 rex tranſiſſet: cla
mauit ad regez ⁊ ait. Seru⁹ tuus
egreſſus eſt ad p̄liandū comin⁹.
cūq3 fugiſſet vir vn⁹ adduxit eū
quidā ad me ⁊ ait. Cuſtodi virū
iſtū. Qui ſi lapſus fuerit erit aīa
tua ꝓ aīa ei⁹: aut talentū argenti
appendes. Dū autē ego turbatus
huc illucq3 me verterē: ſubito nō
comparuit. Et ait rex iſr̄l ad euz

Hoc ē iudicium tuum qđ ipſe de
creuiſti. At ille ſtatim abſterſit
puluerē de facie ſua et cognouit
eū rex iſrl̄ ꝙ eſſꝫ de ꝓphetis. Qui a
it ad eū. Hec dicit dn̄s. Quia dimi
ſiſti virū dignum morte de manu
tua, erit anima tua ꝓ aīa ei⁹ et po
pul⁹ tu⁹ ꝓ ꝑplo ei⁹. Reuerſus eſt
igit̄ rex iſrl̄ in domū ſuā audiē con
tēpnēs ⁊ furibūd⁹ venit in ſama
riam. ¶ Ca. xxi.

Poſt verba autē hec tēpore il
lo vinea erat naboth iheſ
rahelite q̄ erat ī iheſrahel iuxta
palaciū achab reg̃ ſamarie. Locu
tus ē g̃ achab ad naboth dicens
Da m̄ vineā tuā vt faciam michi
ortū olerū q̄ vicina ē ⁊ ꝓpe domū
meā. daboqꝫ tibi ꝓ ea vineā me
liorē. aut ſi comodius tibi putas
argēti preciū quantū digna eſt.
Cui r̄ndit naboth. Propicius m̄
ſit dn̄s ne dem hereditatē patrū
meoꝝ tibi. Venit g̃ achab in do
mū ſuam indignās ⁊ frendens ſu
ꝑ verbo qđ locutus fuerat ad eū
naboth ieſrahelites dicēs. Non
dabo tibi hereditatē prm meoꝝ
Et ꝓiciēs ſe in lectulū ſuū auertit
faciē ſuā ad parietē ⁊ n̄ comedit
panē. Ingreſſa ē āt ad eū iezabel
vxor ſua. dixitqꝫ ei. Quid eſt hoc
vnde anima tua ɔtriſtata ē ⁊ q̄re
nō comedis panē? Qui r̄ndit ei.
Locutus ſū naboth ieſrahelite ⁊
dixi ei. Da m̄ vineā tuā accepta pe
cunia ā ſi tibi placet dabo t̄ vineā
meliorē ꝓ ea. Et ille ait. Non dabo
tibi vineam meā. Dixit g̃ ad eum
iezabel vxor eius. Grandis aucto
ritatis es ⁊ bene regis regnum iſ
rahel. Surge ⁊ comede panē ⁊ eq̄
animo eſto. Ego dabo tibi vineā
naboth ieſrahelite. Scripſit ita
qꝫ lrās ex nomīe achab ⁊ ſigna
uit eas anulo ei⁹. ⁊ miſit ad ma
iores natu ⁊ optimates q̄ erāt in
ciuitate eius ⁊ habitabāt cū na
both. Litterarū aūt hec erāt ſentē
tia. Predicate ieiuniū ⁊ ſedere fa
cite naboth inter p̄mos populi
⁊ ſubmittite duos viros filios beli
al ɔtr̄ eū ⁊ falſū teſtimoniū dicāt
bn̄dixit naboth deum ⁊ regem et
educite eum ⁊ lapidate. ſicqꝫ mo
riat̄. Fecerūt g̃ ciues eius maiores
natu ⁊ optimates q̄ habitabant
cū eo in vrbe ſicut preceꝑat eis ie
zabel, ⁊ ſicut ſcriptū erat in litteris
quas miſerat ad eos. Predicaue
rūt ieiuniū ⁊ ſedē fecerūt naboth
inter p̄mos populi ⁊ adductis du
obus viris filijs dyaboli fecerunt
eos ſedere cōtra eū. At illi ſcilicet
vt viri diabolici dixerūt ɔtra eum
teſtimoniū corā multitudine. Bn̄
dixit naboth deum ⁊ r̄egem. Quā
obrē eduxerūt eū extr̄ ciuitatem
⁊ lapidib⁹ interfecerūt. Miſerūtqꝫ
ad iezabel dicentes. Lapidatus ē
naboth ⁊ mortu⁹ ē. Factū ē autē
cū audiſſꝫ iezabel lapidatum na
both ⁊ mortuū locuta ē ad achab
Surge poſſide vineā naboth ieſra
helite q̄ noluit t̄ acq̄eſcere ⁊ dare
eā accep̄ pecunia Nō enī viuit na
both ſed mortuus ē. Quod cū au
diſſꝫ achab mortuum videlicet na
both ſurrexit ⁊ deſcendebat in vi
neā naboth ieſrahelite vt poſſide
ret eam. Factus ē igit̄ ſermo dn̄i
ad heliam theſbiten dicens. Sur
ge deſcende in occurſū achab reg̃
iſrahel qui ē in ſamaria. Ecce ad

vineaꝫ naboth deſcēdit vt poſſideat eam. Et loq̄ris ad eum dicens Hec dicit dn̄s de⁹. Occidiſti: inſuper ⁊ poſſediſti. Et poſt hec addes Hec dicit dn̄s. In loco hoc i quo linxerūt canes ſanguinē naboth lambentq; ſanguinē tuum Et ait achab ad heliā. Nū inueniſti me inimicū tibi. Qui dixit. Inueni. eo q venūdatus ſis vt faceres malū in ↄſpectu dn̄i. Hec dicit dn̄s. Ecce ego inducā ſup te malū ⁊ demetā poſteriora tua ⁊ interfitiā de achab mingentē ad parietē ⁊ clauſuꝫ ⁊ vltimū in iſrl̄. Et dabo domū tuaꝫ ſicut domū ierobaā filij nabath ⁊ ſicut domū baaſa filij abia. q̄a egiſti vt me ad iracundiā puocares ⁊ peccare feciſti iſrl̄. Sed ⁊ de iezabel locutus ē dn̄s dicēs. Canes ↄmedēt iezabel i agro ieſrahel. Si mortu⁹ fuerit achab i c̄itate ↄmedēt eū canes. ſi āt mortu⁹ fuerit in agro ↄmedēt eū volucres celi Igit̄ nō fuit alter talis ſic achab q̄ venundatus eſt vt faceret malū in ↄſpectu domini. Cōcitauit eni euꝫ ieſabel vxor ſua ⁊ abhominabilis factus ē intantū vt ſequeret̄ ydola que fecerant amorrei quos cōſumpſit domin⁹ a fatie filioꝝ iſrl̄. Itaq; cū audiſſet achab ſermones iſtos ſcidit veſtimenta ſua ⁊ operuit cilitio carnē ſuā. ieiunauitq; ⁊ dormiuit in ſacco ⁊ ābulauit demiſſo capite. Et factus ē ſermo domini ad heliaꝫ theſbiten dicēs. None vidiſti humiliatū achab coram me. Quia igitur humiliatus ē mei cauſa nō inducā maluꝫ in dieb⁹ ei⁹. ſ; in dieb⁹ filij ſui inferā malū domui ei⁹.

Ca. xxij.

Trāſierūt igit̄ tres āni abſq; bello inter ſiriā ⁊ iſrl̄. In anno aūt tertio deſcendit ioſaphat rex iuda ad regeꝫ iſrl̄. Dixitq; rex iſrl̄ ad ſeruos ſuos Ignoratis q nrā ſit ramoth galaad ⁊ negligim⁹ tollere eā de manu regis ſirie. Et ait ad ioſaphat. Veieſne mecū ad p̄liādū i ramoth galaad. Dixitq; ioſaphat ad regē iſrl̄. Sicut ego ſū ita ⁊ tu. Popul⁹ meus ⁊ pplus tu⁹ vnū ſūt ⁊ equites mei equites tui. Dixitq; ioſaphat ad regē iſrl̄. Quere oro te hodie ſmonē dn̄i. Cōgregauit ḡ rex iſrl̄ prophetas q̄dringētos circit̄ viros ⁊ ait ad eos. Ire debeo i ramoth galaad ad bellādū an q̄eſcere. Qui rn̄derūt. Aſcēde ⁊ dabit eam dn̄s i manu regis Dixit aūt ioſaphat Nō ē hic pph̄a dn̄i quiſpiā vt int̄rogem⁹ p eū. Et ait rex iſrl̄ ad ioſaphat. Remanſit vir vnus per quem poſſum⁹ interrogare dn̄m. ſed ego odi eū. q non pphetat m̄ bonū ſ; maluꝫ: micheas filius iemla Cui ioſaphat ait. Ne loquaris ita rex. Vocauit ḡ rex iſrahel eunuchū quendā ⁊ dixit ei. Feſtina adducere micheā filiū iemla Rex auteꝫ iſrahel ⁊ ioſaphat rex iuda ſedebant vnuſquiſq; in ſolio ſuo veſtiti cultu regio in area iuxta oſtiū porte ſamarie ⁊ vniūſi prophete pphetabant in ↄſpectu eoꝝ. Fecitq; ſibi ſedechias fili⁹ chanaā cornua ferrea ⁊ ait. Hec dic domin⁹. His ventilabis ſyriaꝫ: donec deleas eam. Omneſq; pph̄e ſimiliter pphetabant dicentes Aſcēde in ramoth galaad ⁊ vade proſpere et tradet dominus in manus regis.

Nuncius vero qui ierat vt vocaret
micheā locutus ē ad eum dicens
Ecce ſmones ꝓphaꝝ ore vno regi
bona p̄dicant. Sit ergo ſermo tuus
ſimilis eoꝝ ⁊ loq̄re bona. Cui mi
cheas ait. Viuit dñs qꝛ qdcūq3
dixerit michi dñs hoc loquar. Ve
nit itaq3 ad regē ⁊ ait illi rex. Mi
chea. Ire debemus in ramoth ga
laad ad p̄liandū an ceſſare. Cui
ille reſpondit. Aſcende ⁊ vade ꝓſpe
re ⁊ tradet dñs ī man⁹ regis. Dix
it autē rex ad eū. Iterū atq3 iterū
adiuro te vt nō loq̄ris michi niſi
qđ verū ē in noīe dn̄i. Et ille ait.
Vidi cūctū iſrahel diſpſū in mōti
bus q̄ſi oues nō habētes paſto
rem. Et ait dñs. Non habent iſti
dñm. reuertat vnuſquiſq3 in domū
ſuā in pace. Dixit ergo rex iſrahel ad
ioſophat. Nunquid nō dixi tibi
qꝛ nō ꝓphetat michi bonū ſed ſēp
malū. Ille vero addens ait. Prop
ter hoc audi ſmonē dn̄i. Vidi do
minū ſedentē ſup ſoliū ſuū ⁊ oēm
exercitū celi aſſiſtētem ei a dextris
⁊ a ſiniſtris. Et ait dñs. Quis deci
piet achab regē iſrl. vt aſcēdat
⁊ cadat ī ramoth galaad. Et di
xit vnus verba huiuſcemōi ⁊ ali⁹
aliter. Egreſſus ē āt ſpiritus ⁊ ſte
tit corā domino ⁊ ait. Ego decipi
am illū. Cui locutus ē domin⁹. In
q̄. Et ille ait. egrediar ⁊ ero ſpūs
mendax in ore oīm ꝓphaꝝ ei⁹. Et
dixit dñs. Decipies ⁊ p̄ualebis. egre
dere ⁊ fac ita. Nunc igit ecce dedit
dñs ſpm̄ mēdacij in ore oīm ꝓphe
taꝝ tuoꝝ qui hic ſunt ⁊ domin⁹ lo
cutus ē cōtra te malū. Acceſſit autē
ſedechias filius chanaan ⁊ pcuſ
ſit micheam in maxillam ⁊ dixit.

Me ne ergo dimiſit ſpūs dn̄i ⁊ lo
cutus ē tibi. Et ait micheas. Vi
ſurus es in die illa quādo ingredi
eris cubiculū intra cubiculum vt
abſcondaris. Et ait rex iſrl. Tol
le micheā ⁊ maneat apd ammō
principē ciuitatis ⁊ apd ioas filium
amalech ⁊ dicite eis. Hec dicit rex
Mittite virū iſtū in carcerē ⁊ ſuſtē
tate eū pane tribulacōis ⁊ aqua
āguſtie donec reuertar in pace. Dix
itq3 micheas. Si reuerſus fueris
i pace non ē locutus ī me dñs Et
ait Audite ꝓli oēs. Aſcēdit itaq3
rex iſrl ⁊ ioſaphat rex iuda in ra
moth galaad. Dixit itaq3 rex iſrl
ad ioſaphat. Sume arma ⁊ igre
dere p̄liū ⁊ induere veſtib⁹ tuis. Por
ro rex iſrl mutauit habitū ſuū et
igreſſus ē bellū. Rex āt ſirie p̄ce
pērat p̄ncipib⁹ curruū trigītaduo
b⁹ dicens. Nō pugnabitis cōtra mi
norē ⁊ maiorē quēq̄ niſi cōtra regē
iſrl ſolū. Cū ergo vidiſſent prin
cipes curruū ioſaphat ſuſpicati
ſūt qꝛ ipē eſſet rex iſrl. ⁊ īpetu facto
pugnabant cōtra eū. Et exclama
uit ioſaphat. Intellexerūtq3 p̄n
cipes curruum qꝛ nō eſſet rex iſrl ⁊
ceſſauerūt ab eo. Vnus āt q̄dā
tetēdit arcū in incertū ſagittā diri
gens ⁊ caſu pcuſſit regem iſrl inter
pulmonē ⁊ ſtomachū. At ille dix
it aurige ſuo. Verte manū tuā ⁊
eice me de exercitu. q̄a grauiter vul
neratus ſū. Cōmiſſū ē ergo p̄liū in
die illa. Et rex iſrl ſtabat in curru
ſuo cōtra ſiros ⁊ mortu⁹ eſt veſpere
Fluebat aūt ſāguis plage ī ſinū
currus ⁊ p̄co iſonuit ī vniuſo ex
ercitu anq̄ ſol occūberet dicens.
Vn⁹ quiſq3 reuertat ī ciuitatē ⁊ in

terrā ſuā. Mortuꝰ ē autē rex ⁊ pla
tus ē in ſamariā. Sepelierūtqꝫ re
gē in ſamaria ⁊ lauerūt currū eiꝰ
ī piſcina ſamarie ⁊ linxerūt canes
ſāguinē eiꝰ ⁊ habenas lauerūt iux
verbū dñi qḋ locutus fuerat. Re
liq̄ aūt ſermonū achab ⁊ vniuerſa
q̄ fecit ⁊ domꝰ eburnea quā edifi
cauit. cūctarūqꝫ vrbiū q̄s extruxit
nōne hec ſcripta ſūt in libro verbo
rū dierū regū iſrl'. Dormiuit ergo
achab cū prib; ſuis ⁊ regnauit ocho
zias filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Joſaphat vero
filiꝰ aſa regnare cepat ſup iudā
āno q̄rto achab regis iſrl'. Trigī
taqnqꝫ ānorū erat cū regnare cepiſ
ſet ⁊ vigīti qnqꝫ ānis regnauit in
ihrlm. Nomē mr̄is eiꝰ azuba: filia
ſalai. Et ābulauit ī oī via aſa pa
tris ſui ⁊ nō declinauit ex ea. Fecit
qꝫ qḋ rectū ē in ꝯſpectu dñi. verūta
mē excelſa nō abſtulit. Adhuc eī
ppl's ſacrificabat ⁊ adolebat incē
ſū ī excelſis. Pacēqꝫ habuit ioſa
phat cū rege iſrl'. Reliq̄ āt vbor̄ ioſa
phat ⁊ opa eiꝰ q̄ geſſit ⁊ p̄lia nō
ne hec ſcripta ſunt in libro verbor̄
dierū regū iuda. Sꝫ ⁊ reliq̄as effe
minatorū q̄ remāſerāt ī diebꝰ aſa
pr̄is eiꝰ abſtulit de terra. Nec erat
tūc rex ꝯſtitutꝰ ī edō. Rex vero ioſa
phat fecerāt claſſes ī mari q̄ naui
garēt ī ophir ꝓpt' aurū ⁊ ire nō po
terāt. q̄r ꝯfracte ſūt in aſyōgaber.
Tūc ait ochozias filiꝰ achab ad
ioſaphat. Vadāt ſerui mei cū ſeruis
tuis ī nauib;. Et noluit ioſaphat.
Dormiuitqꝫ ioſaphat cū prib; ſu
is ⁊ ſepultus ē cū eis in ciuitate da
uid pr̄is ſui. regnauitqꝫ iorā filiꝰ
eiꝰ ꝓ eo. Ochozias āt filiꝰ achab
regnare cepat ſup iſrl' in ſamaria
āno ſeptio decimo ioſaphat regis
iuda. regnauitqꝫ ſup iſrl' duobꝰ
ānis. Et fecit malū in ꝯſpectu dñi
⁊ ambulauit in via pr̄is ſui ⁊ ma
tris ſue ⁊ in via ierob̄oam filij na
bath qui peccare fecit iſrl'. Serui
uitq̊ baal ⁊ adorauit eū ⁊ irrita
uit dominū deū iſrahel iuxta oīa
q̄ fecerat pater eius.

Explicit liber tertius Regū.
Incipit q̄rtus. Ca. p̄mū.

Preuaricatus ē autē
moab ī iſrl': poſtq̄
mortuus eſt achab
Ceciditqꝫ ochozias
per cācellos cenacu
li ſui quod habebat in ſamaria ⁊
egrotauit. miſitqꝫ nūtios dicens
ad eos. Ite conſulite beelzebub
deum accharon: vtrū viuere queā
de infirmitate hac. Angelus autē
dñi locutus ē ad heliam theſbitē
dicens. Surge ⁊ deſcende in occur
ſum nūtiorū regis ſamarie ⁊ dices
ad eos. Nūquid non eſt deus in
iſrahel: vt eatis ad ꝯſulendū beel
zebub deū accharon. Quā ob rē
hec dicit dñs. De lectulo ſup quē
aſcendiſti non deſcendes. ſꝫ morte
morieris. Et abijt helias. reuerſi
qꝫ ſūt nūcij ad ochoziā. Qui dixit
eis. Quare reuerſi eſtis. At illi re
ſponderunt ei. Vir occurrit nobis
⁊ dixit ad nos. Ite reuertimini ad
regem qui miſit vos ⁊ dicetis ei.
Hec dicit dñs. Nūquid q̄r nō erat
deꝰ in iſrl' mittis vt ꝯſulatur beel
zebub deus accharō. Idcirco de
lectulo ſup quē aſcendiſti ñ deſcē
des ſꝫ morte morieris. Qui dixit eis

Cuius figure ⁊ habitus ē vir ille
q̄ occurrit vob̄ ⁊ locut⁹ ē v̄ba hec.
At illi dixerūt Vir piloſus ⁊ zona
pellicea accinct⁹ r̄enibus. Qui ait.
Helias teſbites ē. Miſitq₃ ad eū
q̄nquagenariū p̄ncipē ⁊ q̄nq̄gin
ta q̄ erāt ſub eo. Qui aſcendit ad
eum. ſedētiq₃ ī v̄tice mōtis ait Hō
dei. rex p̄cepit vt deſcendas Reſpō
denſq₃ helias dixit q̄nq̄genario.
Si hō dei ſū deſcēdat ignis de celo
⁊ deuoret te ⁊ q̄nq̄ginta tuos Deſ
cendit ḡ ignis de celo ⁊ deuorauit
eū ⁊ q̄nq̄gīta qui erāt cū eo. Rur
ſūq₃ miſit ad eū p̄ncipē q̄nq̄gena
riū ⁊ q̄nq̄gīta cū eo. Qui locutus
ē illi. Homo dei. hec dicit rex. Feſti
na deſcende. Rn̄dens helias ait Si
homo dei ego ſū deſcendat ignis
de celo ⁊ deuoret te ⁊ q̄nq̄gīta tuos
Deſcendit ḡ ignis de celo ⁊ deuora
uit illū ⁊ q̄nq̄gīta ei⁹. Iterū miſit
p̄ncipē q̄nq̄genariū terciū ⁊ q̄nq̄
ginta q̄ erāt cū eo. Qui cū veniſſ₃
curuauit genua cōtr̄ heliā et p̄ca
tus ē eū ⁊ ait. Hō dei noli deſpicē
animā meā ⁊ aīas ſeruoꝝ tuoꝝ q̄
mecū ſūt. Ecce deſcēdit ignis de ce
lo ⁊ deuorauit duos p̄ncipes p̄mos
q̄nq̄genarios ⁊ q̄nq̄genos q̄ cum
eis erant. Sed nūc obſecro vt mi
ſerearis anime mee. Locutus eſt
autē āgel⁹ dn̄i ad heliā dicēs. Deſ
cēde cū eo. Ne timeas. Surrexit igit̄
⁊ deſcendit cū eo ad regē ⁊ locut⁹
ē ei. Hec dicit dn̄s. Quia miſiſti nū
cios ad ɔſulendū beelzebub deū
accharon q̄ſi non eſſ₃ de⁹ ī iſrl̄. a
quo poſſes interrogare ſermonē.
ideo de lectulo ſup quē aſcendiſti
n̄ deſcēdes. ſ₃ morte morieris Mortu
us ē aūt iuxt̄ ſermonē dn̄i quē lo

cutus ē helias ⁊ regnauit ioram frater
eius ꝓ eo āno ſecūdo iorā filij io
ſaphat reḡ iude. Nō eni͂ hēbat fi
liū. Reliq̄ āt v̄boꝝ ochozie q̄ opa
tus ē. nōne hec ſcripta ſūt ī libro
ſmonū dierū regū iſrl̄. ¶ Ca. ij
Factū ē autē cū leuare vellet
dn̄s heliā p turbinē in celū.
ibant helias ⁊ heliſe⁹ de galgalis
Dixitq₃ helias ad heliſeū. Sede h̄
q2 dn̄s miſit me vſq₃ ī bethel. Cui
ait heliſe⁹ Viuit dn̄s ⁊ viuit aīa
tua. q2 nō derelinquā te Cūq₃ deſcē
diſſet bethel egreſſi ſūt filij ꝓph̄a
rum q̄ erāt ī bethel ad heliſeū ⁊ di
xerūt ei. Nūq̄d noſti q2 hodie dn̄s
tollet dn̄m tuū a te. Qui r̄ndit. Et
ego noui. Silete. Dixit āt helias
ad heliſeū. Sede hic q2 dn̄s miſit
me in hiericho. Et ille ait. Viuit
dn̄s ⁊ viuit aīa tua. q2 nō derelinq̄
te. Cūq₃ veniſſent ihericho. acceſſe
rūt filij ꝓph̄arum q̄ erāt ī ihericho
ad heliſeū ⁊ dixerūt ei. Nunq̄d no
ſti q2 dn̄s hodie tollet dn̄m tuū a
te. Et ait. Et ego noui. Silete. Dix
it autē ei helias. Sede hic. q2 dn̄s
miſit me vſq₃ in iordanē. Qui ait.
Viuit dn̄s ⁊ viuit aīa tua. q2 nō
derelinq̄ te. Ierūt igit̄ ābo pariter
⁊ q̄nq̄ginta viri de filijs ꝓph̄arum
ſecuti ſūt eos. Qui ⁊ ſteterūt econ
tra lōge. Illi āt ambo ſtabāt ſup
iordanē. Tulitq₃ helias palliū
ſuū ⁊ īuoluit illud ⁊ p̄cuſſit aq̄s
q̄ diuiſe ſūt in vtrāq₃ p̄tē ⁊ trāſie
rūt ābo p ſiccū Cūq₃ trāſiſſent. he
lias dixit ad heliſeū. Poſtula qđ
vis vt faciā tibi anteq̄ tollar a te
Dixitq₃ heliſe⁹ Obſecro vt fiat in
me duplex ſp̄us tu⁹ Qui r̄ndit Rē
difficilē poſtulaſti. Attn̄ ſi videris

me qñ tollar a te erit qđ petiſti. ſi
aūt nō videris: nō erit. Cūqꝫ ꝑge
rēt et īcedētes ſmocinarent: ecce
curr⁹ igneus ⁊ eq̄ ignei diuiſerūt
vtrūqꝫ. Et aſcēdit helias ꝑ turbinē
in celū. heliſeus aūt videbat ⁊ cla
mabat. Pat mi pat mi: curr⁹ iſrł
⁊ auriga ei⁹. Et nō vidit eū āpli⁹
Apprehēditqꝫ veſtimenta ſua ⁊ ſci
dit illa ī duas partes. Et leuauit
palliū helie qđ ceciderāt ei. Reuer
ſuſqꝫ ſtetit ſuꝑ ripā iordaīs ⁊ pal
lio helie qđ ceciderāt ei ꝑcuſſit aq̄s
⁊ nō ſūt diuiſe. Et dixit. Vbi ē de⁹
helie etiā nūc. Percuſſitqꝫ aq̄s ⁊
diuiſe ſūt huc atqꝫ illuc ⁊ tranſijt
heliſeus. Vidētes aūt filij ꝓphaꝝ
q̄ erāt in ihericho decōtra dixerūt.
Req̄euit ſpūs helie ſuꝑ heliſeū. Et
veniētes in occurſū ei⁹ adorauerūt
eū ꝓni in terrā. dixerūtqꝫ illi. Ecce
cū ſ͛uis tuis ſūt qñquaginta viri
fortes qui poſſūt ire ⁊ q̄rere domi
nū tuū: ne forte tulerit eū ſpūs do
mini ⁊ ꝓiecerit eū in vnū mōtiū aut
in vnā valliū. Qui ait. Nolite mit
tere. Coegerūtqꝫ eū donec acq̄eſce
ret ⁊ diceret. Mittite. Et miſerunt
qñquagīta viros. Qui cū q̄ſiſſent
trib⁹ dieb⁹: nō inuenerūt. Et reuer
ſi ſūt ad eū. At ille habitabat in
ihericho ⁊ dixit eis. Nūquid nō di
xi vobis: nolite mittere. Dixerunt
qꝫ viri ciuitatis ad heliſeū. Ecce ha
bitacio ciuitatis hui⁹ optīa ē ſicut tu
ipſe dñe ꝓſpicis. ſꝫ aq̄ peſſime ſūt
⁊ terra ſterilꝭ. At ille ait. Afferte mi
vas nouū ⁊ mittite ī illud ſal. Quod
cū attuliſſent: egreſſus ad fontē
aq̄ꝝ miſit ī illū ſal ⁊ ait. Hec dicit
dñs. Sanaui aq̄s has ⁊ non erit
vltra in eis mors neqꝫ ſterilitas.
Sanate ſūt ergo aq̄ vſqꝫ in diē hanc
iuxta verbū heliſei qđ locutus eſt
Aſcēdit autē inde heliſe⁹ in bethel
Cūqꝫ aſcēderet ꝑ viam: pueri ꝑui
egreſſi ſūt de ciuitate ⁊ illudebant
ei dicentes. Aſcende calue. aſcende
calue. Qui cū reſpexiſſꝫ vidit eos
⁊ maledixit eis in noīe dñi. Egreſ
ſiqꝫ ſūt duo vrſi de ſaltu et lacera
uerūt ex eis q̄dragīta duos pue
ros. Abijt aūt inde in mōtē carme
li ⁊ inde reuerſus ē ī ſamariā. Ca. iij.
Ioram vero fili⁹ achab regnauit ſu
per iſrł in ſamaria: āno decīoocta
uo ioſaphat regis iude. Regnauit
qꝫ duodecī ānis ⁊ fecit malū corā
dño. ſꝫ nō ſicut pat ſu⁹ ⁊ mr̄. Tu
lit enī ſtatuas baal q̄s fecerat pr̄
ei⁹. verūtamē in pctīs iheroboam
filij nabath q̄ peccare fecit iſrł ad
heſit: nec receſſit ab eis. Porro me
ſa rex moab nutriebat pecora mł
ta ⁊ ſoluebat regi iſrł cētū milia
agnoꝝ ⁊ centū milia arietū cum
velleribus ſuis. Cūqꝫ mortu⁹ fuiſſet
achab: ꝑuaricatus ē fed⁹ qđ ha
bebat cū rege iſrł. Egreſſus ē igit
rex iorā in die illa de ſamaria ⁊ re
cenſuit vniuerſū iſrł. miſitqꝫ ad
ioſaphat regē iuda dicens. Rex
moab receſſit a me veni mecū con
tra eū ad pliū. Qui rñdit. Aſcendā.
Qui meus ē tu⁹ ē. populus me⁹ po
pulus tuus et equi mei equi tui.
Dixitqꝫ. Per quam viam aſcende
mus. At ille reſpondit. Per deſer
tum ydumee. Perrexerunt igitur
rex iſrahel ⁊ rex iuda ⁊ rex edom ⁊
circuierunt per viam ſeptem die
rum: nec erat aqua exercitui ⁊ iu
mentis que ſequebantur eos.
Dixitqꝫ rex iſrahel. Heu heu heu.

Cōgregauit nos dn̄s tres reges.
vt traderet in manū moab. Et ait
iosaphat. Est ne hic ꝓpha dn̄i vt
depcemur dn̄z p eū. Et rn̄dit vn⁹
de ſuis regis isrl'. Est h helise⁹ fili
us saphat q̄ fūdebat aquā super
man⁹ helie. Et ait iosaphat. Est a
pud eū ſmo dn̄i. Descenditq̧ ad
eū rex isrl' ⁊ iosaphat rex iuda et
rex edom. Dixit autē helise⁹ ad re
gē isrl'. Quid m̄i ⁊ t̄ est. Vade ad
ꝓphas pr̄is tui ⁊ m̄ris tue. Et ait
illi rex isrl'. Quare ꝯgregauit dn̄s
tres reges hos vt traderet eos in
man⁹ moab. Dixitq̧ ad euz heli
se⁹ Viuit dn̄s exercituū ī cui⁹ ꝯspec
tu sto q̧ si n̄ vultū iosaphat reḡ
iude erubescerē: nō attēdissez q̄dē
te nec r̄spexissem. Nūc autē addu
cite m̄i psalten. Cumq̧ canet psal
tes fcā ē sup eū man⁹ dn̄i. Et ait
Hec dic dn̄s. Facite alueū torren
tis hui⁹ fossas ⁊ fossas. Hec ei dic
dn̄s. Nō videbitis ventū neq̧ plu
uiā ⁊ alue⁹ iste replebit aq̄s ⁊ bi
betis vos ⁊ fam̄le vr̄e ⁊ iumēta vr̄a.
Paruūq̧ ē hoc in ꝯspcū dn̄i. insup
tradet etiā moab ī man⁹ vr̄as. Et
pcutietis oēz ciuitatē munitā ⁊ oēz
vrbē electā ⁊ vniūsū lignū fructife
ꝝ succidetis cūctosq̧ fōtes aq̄ ob
turabitis ⁊ ōnem agꝝ egregiū o
pietis lapidib⁹. Fcm̄ est igit̄ mane
qn̄ sacrificiū offerri solet ⁊ ecce aq̄
veniebāt p viā edom Et repleta ē
tra aq̄s. Vniūsi autē moabite au
dientes vt ascēdissent tres reges
vt pugnarent aduſus eos ꝯuocaue
rūt ōnes q̄ accīcti erāt baltheo desu
p ⁊ steterūt in t̄minis. Primoq̧ ma
ne surgētes ⁊ orto iā sole ex aduū
so aq̄s viderūt moabite ecōtra a
q̄s rubras q̄si sāguinem. dixerūt
q̧. Sāguis gladij est. Pugnauerūt re
ges cōtra se ⁊ cesi sūt mutuo. Nūc
pge ad p̄dā moab. Perrexeruntq̧
ī castra isrl'. Porro ꝯsurgēs isrl' p
cussit moab. at illi fugerūt coram
eis. Venerūt igit̄ q̄ vicerāt ⁊ pcusse
rūt moab ⁊ ciuitates destruxerūt ⁊ ō
nez agꝝ optimū mittentes singu
li lapides repleuerūt ⁊ vniūsos fō
tes aq̄ꝝ obturauerūt ⁊ oia lig̃ fruc
tifera succiderūt ita vt muri tantuz
fictiles remanerent. Et circūdata
est ciuitas a fundibulariis ⁊ mag̃
ex pte pcussa. Qd cū vidisset rex mo
ab p̄ualuisse scz hostes tulit secū
septīgētos viros educētes gladi
os vt irrumperent ad regē edom ⁊
nō potuerūt. Arripiensq̧ filiū suū
p̄mogenitū q̄ regnaturus erat p eo
obtulit holocaustū sup murum ⁊
fcā est indignatio mag̃ in isrl'. Stati
q̧ recesserūt ab eo ⁊ reuersi sunt in
terrā suā. ¶ Ca. iiij

Mulier autē q̄dā de vxorib⁹
ꝓphaꝝ clamabat ad helise
uz dicēs. Seru⁹ tu⁹ vir me⁹ mortu⁹
est ⁊ tu nosti q̧ ſu⁹ tu⁹ fuit timēs
deū. Et ecce creditor venit vt tollat
duos filios meos ad ſuiendū sibi.
Cui dixit helise⁹. Quid vis vt faciā
tibi. Dic m̄i. Quid habes in domo
tua. At illa rn̄dit. Nō habeo ancil
la tua quicq̄ ī domo mea n̄ paruū
olei quo vngar. Cui ait. Vade ⁊ pe
te mutuo ab oib⁹ vicinis tuis va
sa vacua nō pauca. ⁊ ingredere ⁊
claude ostiū tuū cū intrinsec⁹ fue
ris tu ⁊ filij tui. ⁊ mitte inde in oia
vasa hec ⁊ cū plena fuerit tolles.
Iuit itaq̧ mulier ⁊ clausit ostiuz
super se et super filios suos. Illi

offerebāt vaſa ⁊ illa īfūdebat. cū
qꝫ plena fuiſſent vaſa dixit ad fi
liū ſuū. Affer m̄ adhuc vas. Et il
le r̄ndit. Nō hēo. Stetitqꝫ oleū Ve
nit aūt illa ⁊ indicauit hoi dei. Et
ille. Vade inq̄t vende oleū ⁊ redde
creditori tuo. tu aūt ⁊ filij tui viui
te de r̄liq̄. Facta ē aūt quedā dies
⁊ trāſibat heliſeus p ſunā ciuita
tē. Erat aūt ibi mulier m̄gna q̄ te
nuit eū vt comederet panē. Cūqꝫ
frequent̄ inde trāſiret. diuertebat
ad eā vt comederet panē. Que di
xit ad viꝝ ſuū. Aīaduerto q̄ v̄ dei
ſāctꝰ ē iſte q̄ trāſit p nos freq̄nt
Faciamꝰ ḡ ei cenaculuꝫ puū ⁊ po
namꝰ ei in eo lectulū ⁊ mēſaꝫ ⁊ ſel
lā ⁊ cādelabꝝ: vt cum venerit ad
nos maneat ibi Facta ē ḡ dies q̄
dā ⁊ veniēs diuertit ī cenaculuꝫ ⁊
reqeuit ibi. Dixitqꝫ ad giezi pueꝝ
ſuū. Voca ſunamitē iſtā. Qui cū
vocaſſet eā ⁊ illa ſtetiſſet corā eo di
xit ad pueꝝ ſuū. Loq̄re ad eaꝫ. Ec
ce ſedule in oībꝰ miniſtraſti nob
q̄d vis vt faciā tibi. Nūquid hēs
negotiū ⁊ vis vt loq̄r regi ſiue pri
cipi militie. Que r̄ndit In medio
ꝑpli mei habito. Et ait. Quid ērgo
vult vt faciā ei. Dixitqꝫ giezi. Ne
q̄ras. Filiū eīn nō habet ⁊ vir eiꝰ
ſenex ē. Precepit itaqꝫ vt vocaret eā
Que cuꝫ vocata fuiſſꝫ ⁊ ſtetiſſꝫ an̄
oſtiū. dixit ad eaꝫ. In tēpe iſto in
hac eadē hora ſi vita comes fuerit
hēbis ī vtero filiū. At illa. Noli q̄ſo
dn̄e mi v̄ dei: noli mētiri ācille tue
Et cōcepit mulier ⁊ ꝑpit filiū i tē
pore ⁊ i hora eadē q̄ dixerāt heliſeꝰ
Creuit āt puer ⁊ cū eēt q̄daꝫ dies
⁊ egreſſꝰ iſſꝫ ad pr̄em ſuū ad meſ
ſores ait prī ſuo. Caput meuꝫ do

leo At ille dixit puēo Tolle duc eū
ad mr̄eꝫ ſuā. Qui cū tuliſſꝫ ⁊ duxiſ
ſet eū ad mr̄em ſuā: poſuit eū illa
ſup genua ſua vſqꝫ ad meridiē ⁊
mortuꝰ ē. Aſcēdit āt ⁊ collocauit
eū ſup lectū hōis dei ⁊ clauſit oſtiū
Et egreſſa vocauit viꝝ ſuū. Et ait.
Mitte mecuꝫ obſecro vnuꝫ de pue
ris ⁊ aſinā vt excurraꝫ vſqꝫ ad ho
minē dei ⁊ reūtar. Qui ait illi. quā
ob cām vadis ad eū. Hodie nō
ſūt kalēde neqꝫ ſabbatū. Q̄ r̄ndit
Vadā. Strauitqꝫ aſinā ⁊ p̄cepit
puero. Mina ⁊ ꝑpera ne m̄ moraꝫ
facias ī eūdo ⁊ hoc age qd̄ p̄cipio
tibi. Profecta ē igit̄ ⁊ venit ad viꝝ
dei ī mōte carmeli Cūqꝫ vidiſſꝫ eā
vir dei decōtra ait ad giezi puerum
ſuū. Ecce ſunamitis illa. Vade ḡ i
occurſuꝫ eiꝰ ⁊ dic ei. Recte ne agit̄
circa te ⁊ circa viꝝ tuū ⁊ circa filiuꝫ
tuū. Q̄ r̄ndit. Recte. cūqꝫ veniſſꝫ ad
viꝝ dei ī mōtē apphēdit pedes eiꝰ
⁊ acceſſit giezi vt amoueret eā. Et
ait hō dei. Dimitte illaꝫ. Aīa eī eiꝰ
in amaritudine ē ⁊ dn̄s celauit a
me ⁊ n̄ indicauit m̄. Que dixit illi
Nūq̄d petiui filiū a dn̄o meo. nū
quid nō dixi tibi ne illudas me.
Et ille ait ad giezi. Accinge lūbos
tuos ⁊ tolle baculū meū in manu
tua ⁊ vade. Si occurrerit tibi hō nō
ſalutes euꝫ ⁊ ſi ſalutauerit te q̄ſpi
am nō r̄ndeas illi. Et pones bacu
lū meū ſup faciē pueri. Porro ma
ter pueri ait Viuit dominꝰ ⁊ viuit
anima tua: non dimittaꝫ te. Sur
rexit ērgo ⁊ ſecutus ē eā. Giezi aūt
p̄ceſſerat an̄ eos ⁊ poſuerat bacu
lū ſup faciē pueri ⁊ non erat vox
neqꝫ ſenſus. Reuerſuſqꝫ eſt in oc
curſum eius ⁊ nūciauit ei dicens.

Non surrexit puer. Ingressus ē ḡ
heliseus domū: ⁊ ecce puer mortu⁹
iacebat ī lectulo ei⁹. Ingressus q̄
clausit ostiū sup se ⁊ sup puerū: ⁊
orauit ad dn̄m. Et ascēdit ⁊ icubu-
it sup puerū: posuitq̄ os suū super
os eius ⁊ oculos suos sup oclos
ei⁹ ⁊ man⁹ suas super man⁹ eius ⁊
icuruauit se sup eū: ⁊ calefcā ē ca-
ro pueri. At ille reūsus: deambula-
bat ī domo semel huc atq̄ illuc: ⁊
ascēdit ⁊ icubuit sup eū. Et oscita-
uit puer septies. apuitq̄ oculos
Et ille vocauit giezi ⁊ dixit ei. Vo-
ca sunamitē hanc. Que vocata in-
gressa ē ad eū. Qui ait. Tolle filiū
tuū. Venit illa ⁊ corruit ad pedes
ei⁹ ⁊ adorauit sup trā. Tulitq̄ fili-
ū suū ⁊ egressa ē. ⁊ helise⁹ reūsus
ē ī galgala. Erat āt fames in tra: ⁊
filij p̄phaꝝ hitabāt corā eo: dixit
q̄ vni de pueris suis. Pone ollā
grandē: ⁊ coque pulmētū filijs p̄-
phetaꝝ. Et egressus ē vn⁹ in agꝝ
vt colligeret herbas agrestes In-
uenitq̄ q̄si vitē siluestrem ⁊ colle-
git ex ea coloquītidas agri ⁊ im-
pleuit palliū suū ⁊ reūsus cōcidit
in ollā pulmēti. Nesciebat em̄ q̄d
essz. Infuderūt igit̄ socijs vt ɔme-
derēt. Cūq̄ gustassent de coctiōe
exclamauerūt dicētes. Mors ī olla
vir dei. Et n̄ potuerūt ɔmedē. At il-
le: afferte inq̄t farinā. Cumq̄ tulis-
sent misit ī ollā ⁊ ait. Infūde tur-
be vt ɔmedāt. Et n̄ fuit āpli⁹ q̄c͠q̄
amaritudīs ī olla. vir āt q̄dā veīt
de balsalisa deferēs viro dei pāes
p̄mitiaꝝ ⁊ viginti panes ordeaceos
⁊ frumētū nouū ī pera sua. At ille
dixit. Da p̄p̄lo vt comedat. R̄ndit
q̄ ei minister ei⁹. Quātū ē hoc vt
apponā corā centū viris. Rursū
ille: da ait p̄p̄lo vt comedat. Hec
em̄ dicit dn̄s. Comedēt ⁊ superit.
Posuit itaq̄ corā eis. Qui ɔmederūt
⁊ supfuit iux̄ vbū dn̄i. ¶ Ca. v.

Naaman p̄nceps militie r̄gis
sirie erat vir magnus apd
dn̄m suū ⁊ honorat⁹. Per illū em̄
dedit dn̄s salutē sirie. Erat āt vir
fortis ⁊ diues. sed leprosus. Porro
de siria egressi fuerant latrūculi ⁊
captiuā duxerāt de tra isrl̄ puellā
paruulā q̄ erat in obseq̄o vxoris
naaman. Que ait ad dn̄am suam
Utinā fuisset dn̄s meus ad p̄phe-
tā q̄ ē ī samaria: p̄fecto curassz eū
a lepra quā habet Ingressus est
itaq̄ naamā ad dn̄m suū ⁊ nūtia-
uit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta ē puel-
la de tra isrl̄. Dixitq̄ ei rex sirie Va-
de ⁊ mittā lrās ad regē isrl̄. Qui
cū p̄fectus essz ⁊ tulissz secū decem
talenta argēti ⁊ sex milia aureos
⁊ decē mutatoria vestimētorū: de-
tulit lrās ad regē isrl̄ in hec vba
Cū acceperis epistolā hanc: scito
q̄ miserī ad te naamā s̄uū meū
vt cures eū a lep̄ sua. Cūq̄ legissz
rex isrl̄ lrās scidit vestimēta sua
⁊ ait. Nunq̄d de⁹ ego sū vt occidē
possim ⁊ viuificaē q̄ iste misit ad
me vt curē hoiē a lep̄ sua. Ani-
aduītite ⁊ videte q̄ occasiōes q̄rat
adūsū me. Qd cū audissz heliseus
vir dei scidisse videlicz regē isrl̄ ve-
stimenta sua: misit ad eū dicens.
Quare scidisti vestimēta tua. Ve-
niat ad me ⁊ sciat esse p̄phām in
isrl̄. Venit ḡ naamā cū eq̄s ⁊ cur-
rib⁹ ⁊ stetit ad ostiū dom⁹ helisei
Misitq̄ ad eū helise⁹ nūtiū dicēs
Vade ⁊ lauare septies in iordane

⁊ recipiet ſanitatē caro tua atq̄
mūdaberis. Iratꝰ naamā recede
bat dicēs. Putabā ꝙ egrederet̄
ad me ⁊ ſtās īuocaret nomē dn̄i
dei ſui ⁊ tāgeret manu ſua locū le
pre ⁊ curaret me. Nūqd nō melio
res ſunt abana ⁊ pharfar fluuij
damaſci oībꝰ aq̄s iſrl̄ ut lauer ī
eis ⁊ mūder. Cū ḡ vertiſſʒ ſe ⁊ abi
ret indignās. acceſſerūt ad eū ſer
ui ſui ⁊ locuti ſunt ei. Pat̄ ⁊ ſi rem
grandē dixiſſet tibi ꝓpheta. certe fa
cere debueras. q̄nto magis quia
nūc dixit tibi lauare ⁊ mūdaberis.
Deſcēdit ⁊ lauit ſepties ī iordane
iux̄ ſmonē viri dei ⁊ reſtituta eſt
caro eiꝰ ſicut caro pueri paruuli ⁊
mūdatꝰ ē. Reūſuſq̄ ad viꝝ dei cū
vniūſo comitatu ſuo. venit ⁊ ſtetit
corā eo ⁊ ait. Vere ſcio ꝙ nō ſit
aliꝰ deꝰ in vniūſa terra. niſi tm̄ in
iſrl̄. Obſecro itaq̄ ut accipias be
nedictionē a ſeruo tuo. At ille re
ſpōdit. Viuit dn̄s an̄ quē ſto. ꝙ
nō accipiā. Cūq̄ vim faceret. peni
tus nō acq̄euit. Dixitq̄ naaman
Ut vis. Sʒ obſecro ꝯcede m̄ ſeruo
tuo. ut tollā onꝰ duoꝝ burdonū
de terra. Nō em̄ faciet vltra ſeruꝰ
tuꝰ holocauſtū aut victimā diīs
alienis n̄ dn̄o. Hoc aūt ſolū ē de
q̄ depceris dn̄m ꝓ ſeruo tuo. q̄n ī
grediet̄ dn̄s meus templum rem
mō ut adoret, ⁊ illo innitente ſuper
manū meā. ſi adorauero in tēplo
remmō. adorāte eo ī eodē loco ut
ignoſcat m̄ dn̄s ſeruo tuo. ꝓ hac
re. qui dixit ei. Vade ī pace. Abijt
ḡ ab eo. electo terre tēpe. Dixitq̄
giezi puer viri dei. Pepcit dominꝰ
meꝰ naamā ſiro iſti ut nō accipe
ret ab eo q̄ attulit. Viuit dn̄s ꝙ
currā poſt eū ⁊ accipiā ab eo ali
q̄d. Et ſecutus ē giezi poſt tergū
naamā. Quē cū vidiſſet ille currē
tē ad ſe. deſilijt de curru in occurſū
eiꝰ ⁊ ait. Recte ne ſūt oīa. Et ille
ait. Recte. Dn̄s meus miſit me ad
te dicēs. Mō venerūt ad me duo
adoleſcētes de mōte ephraim ex fi
lijs ꝓphetaꝝ. Da eis talentū argēti
⁊ veſtes mutatorias duplices. Di
xitq̄ naaman. Melius ē ut accipi
as duo talenta. Et coegit eū. liga
uitq̄ duo talenta argēti ī duobꝰ
ſaccis ⁊ duplicia veſtimēta. ⁊ ipo
ſuit duobꝰ pueris ſuis q̄ ⁊ porta
uerūt corā eo. Cūq̄ veniſſet iā ve
ſpi tulit de manu eoꝝ ⁊ repoſuit ī
domo. Dimiſitq̄ viros ⁊ abierūt.
Ipe āt īgreſſus ſtetit corā dn̄o ſu
o. Et dixit heliſeꝰ. Vn̄ venis giezi.
Qui rn̄dit. Nō iuit ſeruꝰ tuꝰ quo
q̄. At ille ait. Nonne cor meum in
preſenti erat. quādo reuerſus eſt
homo de curru ſuo in occurſū tui.
Nunc igit̄ accepiſti argentum ⁊
accepiſti veſtes ut emas oliueta
⁊ vineas ⁊ oues ⁊ boues ⁊ ſeruos
⁊ ancillas. Sed et lepra naaman
adherebit tibi et ſemini tuo vſq̄
in ſempiternum. Et egreſſus eſt
q̄ſi nix ab eo leproſus. ¶ Ca. vi.

Dixerūt aūt filij ꝓphetaꝝ ad he
liſeū. Ecce locus in q̄ habita
mꝰ corā te. āguſtꝰ eſt nob̄. Eamꝰ
vſq̄ ad iordanem ⁊ tollāt ſinguli
de ſilua materias ſingulas ut edi
ficemꝰ nob̄ ibi locū ad hītandū.
Q̄ dixit. Ite. Et ait vnꝰ ex illꝪ. Veni
ḡ ⁊ tu cū ſuis tuis. Rn̄dit. Ego veni
ā. Et abijt cū eis. Cūq̄ veniſſent ad
iordanē. cedebant ligna. Accidit
aūt ut cū vnꝰ materiā ſuccidiſſet

caderet ferrū ſecuris ī aquā· Excla
mauitq; ille ⁊ ait· Heu heu heu do
mine mi ⁊ hoc ipm mutuo acceperā
Dixit aūt hō dei· Vbi cecidit· At il
le mōſtrauit ei locū· Precidit ḡ li
gnū ⁊ miſit illuc· Natauitq; ferrū
Et ait· Tolle· Qui extēdit manū ⁊
tulit illd· Rex āt ſirie pugnabat
cōtra iſrl: cōſiliūq; init cū ſuis ſu
is dicens· In loco illo ⁊ illo ponā
m⁹ inſidias· Miſit itaq; vir dei ad
regē iſrl dicēs· Caue ne trāſeas in
locū illū· q̄r ibi ſirii ī inſidiis ſūt· Mi
ſit itaq; rex iſrl ad locū quē dixe
rat ei vir dei ⁊ preoccupauit eū ⁊
obſeruauit ſe ibi nō ſemel neq; bis·
Cōturbatūq; ē cor regis ſirie pro
hac re ⁊ cōuocatis ſeruis ſuis ait·
Quare nō indicatis m̄ q̄s pditor
mei ſit apd regē iſrl· Dixitq; vn⁹
ſeruorū ei⁹· Neq̄q̄ dn̄e mi rex· ſed
heliſe⁹ pph̄a q̄ ē ī iſrl indicat regi
iſrl oīa vba quecūq; locut⁹ fueris
ī conclaui tuo· Dixitq; eis· Ite ⁊ vide
te vbi ſit vt mittā ⁊ capiā eū· An
nūciauerūt ei dicētes· Ecce ī dothaī
Miſit ḡ illuc eq̄s ⁊ curr⁹ ⁊ robur
exercitus· Qui cū veniſſent nocte: cir
cūdederūt ciuitatē· Cōſurgēs āt dilu
culo miniſter viri dei egreſſus eſt
viditq; exercitū ī circuitu ciuitatis ⁊
equos ⁊ currus· Nūciauitq; ei di
cēs· Heu heu heu dn̄e mi q̄d facie
m⁹· At ille rn̄dit· Noli timē· Plu
res eī nobiſcū ſūt q̄ cū illis· Cūq;
oraſſet heliſe⁹ ait· Dn̄e: aperi ocl'os
huius vt videat· Et aperuit dn̄s
ocl'os pueri ⁊ vidit: ⁊ ecce mons
plenus equorū ⁊ curruū igneorū
ī circuitu heliſei· Hoſtes vero deſcē
derūt ad eum· Porro heliſeus ora
uit ad dn̄m dicēs· Percute obſecro

gētē hāc cecitate· Percuſſitq; eos
dn̄s ne videret iuxta vbū heliſei·
Dixit aūt ad eos heliſe⁹· Nō ē hec
via: nec iſta ē ciuitas· Seq̄mini me
⁊ oſtendā vobis virū quē q̄ritis· Duxit
ergo eos in ſamariā· Cūq; igreſſi
fuiſſent in ſamariā dixit heliſeus
Dn̄e aperi oculos iſtorū vt videāt·
Apuitq; dn̄s ocl'os eorū ⁊ viderūt
ſe eē ī medio ſamarie· Dixitq; rex
iſrl ad heliſeū cū vidiſſ; eos· Nūq̄d
pcutiā eos pr̄ mi· Et ille ait· Non
pcuties· Neq; enī cepiſti eos gla
dio ⁊ arcu tuo vt percutias· Sed
pone panē ⁊ aquā corā eis vt co
medāt ⁊ bibāt ⁊ vadāt ad dn̄m
ſuū· Appoſitaq; ē eis ciborū mag̃
p̄paratio· Et comederūt ⁊ biberūt ⁊
dimiſit eos: abierūtq; ad dn̄m ſuū
Et vltra nō venerūt latrones ſirie
ī terrā iſrl· Factū ē āt poſt hec cōgre
gauit benadab rex ſirie vniūſū ex
ercitū ſuū ⁊ aſcendit ⁊ obſidebat
ſamariā· Factaq; ē fames mḡna
ī ſamaria ⁊ tādiu obſeſſa ē donec
venūdaret caput aſini octogīta
argēteis ⁊ q̄rta ps cabi ſtercoris
colūbarū q̄nq; argēteis· Cūq; rex
iſrl trāſiret p murū: mlier q̄dam
exclamauit ad eum dicēs· Salua
me dn̄e mi rex· Qui ait· Non te ſal
uet dn̄s· Vnde te poſſum ſaluare·
De area vel de torculari· Dixitq;
ad eā rex· Quid tibi vis· Que rn̄
dit· Mulier iſta dixit m̄· Da filiū
tuū vt comedam⁹ eū hodie ⁊ filiū
meū comedem⁹ cras· Coxim⁹ ḡ fi
liū meū ⁊ comedim⁹: dixiq; ei die
altera· Da filiū tuū vt comedam⁹
eū· Que abſcōdit filiū ſuū· Qd cū
audiſſ; rex ſcidit veſtimēta ſua ⁊
trāſiebat p murū· Viditq; omis

ꝓplus ciliciū q̄ veſtitꝰ erat ad car
nē intrīſecꝰ Et ait rex. Hec mī faci
at deꝰ ⁊ hec addat. ſi ſteterit ca
put heliſei filij ſaphat ſup ipꝫ ho
die Heliſeꝰ āt ſedebat ī domo ſua
⁊ ſenes ſedebāt cuꝫ eo. p̄miſit ita
qꝫ viꝝ ⁊ anq̄ꝫ veīrꝫ nūtiꝰ. ille dixit
ad ſenes. Nūq̄d ſcitis qꝛ miſerit fi
liꝰ homicide hͤ ut precidat̄ caput
meū. Videte ḡ cū vēit nūtiꝰ clau
dite oſtiū ⁊ n̄ ſinatis eū itroire Ec
ce ei ſoīꝰ pedū dn̄i eiꝰ poſt eū eſt
Adhuc illo loq̄nte eis. apparuit
nūtiꝰ q̄ veīebat ad eū. Et ait Ecce
tātū malū a dn̄o ē. Quid ā pliꝰ ex
pectabo a domino. ¶ Ca. vij.

Dixit āt heliſeꝰ Audite v̄bū
dn̄i. Hec dicit dn̄s. In tp̄e
hͦ cras. modiꝰ ſimile vno ſtatē
erit ⁊ duo modij ordei ſtatē vno
ī porta ſamarie. Rn̄dēs vnꝰ de du
cibꝰ ſup cuiꝰ manū rex incūbebat
hoī dei ⁊ ait. Si dn̄s fecerit eē catha
ractas ī celo. nūq̄d poterit eē qͦd lo
q̄ris. Qui ait. Videb̄ ocul̄ tuis ⁊ ī
de n̄ ɔmedes Quattuoꝛ ḡ viri erāt
lepſi iux̄ itroitū porte q̄ dixerīt ad
iuicē. Quid hͤ eē volumus donec
moriamur. Siue ingredi volueri
mꝰ cītatem fame moriemur. ſiue
māſeimꝰ hͤ morieđ nob̄ ē. Veīte
ḡ ⁊ trāſfugiamꝰ ad caſtra ſyrie.
Si pepercerint nob̄ viuemꝰ. ſi āt oc
cidere voluerīt. nichilominꝰ morie
mur. Surrexerīt ḡ veſpe ut veīrēt
ad caſtra ſyrie. Cūqꝫ veīſſent ad
p̄ncipiū caſtroꝝ ſyrie. nllū ibidēꝫ
repierīt. Siq̄dē dn̄s ſonitū audire
fecerāt ī caſtris ſyrie currū ⁊ eq̄ꝝ
⁊ exercitꝰ plurimi. Dixeītqꝫ ad in
uicē. Ecce mercede ɔ̄duxit adūſū
nos rex iſrl̄ reges ethe oꝝ ⁊ egi

ptioꝝ ⁊ venerūt ſup nos. Surrex
erūt ḡ ⁊ fugerūt in tenebris ⁊ de
reliquerūt tētoria ſua ⁊ eq̄s ⁊ aſi
nos in caſtris. fugerītqꝫ. aīas tm̄
ſuas ſaluare cupiētes. Igit̄ cū ve
niſſent leproſi illi ad p̄ncipiuꝫ ca
ſtroꝝ ingreſſi ſūt vnū tabernacu
lū ⁊ ɔmederīt ⁊ biberīt. Tulerītqꝫ i
de argentū ⁊ auꝝ ⁊ veſtes ⁊ abie
rūt ⁊ abſconderunt. Et rurſū reūſi
ſunt ad aliud tab̄naculū ⁊ inde ſi
milit̄ auferētes abſcōderīt. Dixerīt
qꝫ ad inuicēꝫ. Non recte facimus.
Hec em̄ dies boni nūcij eſt Si ta
cuerimꝰ ⁊ noluerimꝰ nūtiaē vſqꝫ
mane. ſceleris arguemur. Veīte
eamꝰ ⁊ nūtiemꝰ ī aula regis. Cū
qꝫ veīſſent ad portā cītatis. nārra
uerīt eis dicētes. Iuimꝰ ad caſtra
ſyrie ⁊ nullū ibidē reperimꝰ hoīeꝫ
n̄ eq̄s ⁊ aſinos alligatos et fixa
tētoria. Ierīt ḡ portarij ⁊ nūtiaue
runt ī palatio regis intrīſecꝰ Qui
ſurrexit nocte ⁊ ait ad ſuos ſuos
Dico vob̄ quid fecerint nob̄ ſyri.
Sciūt qꝛ fame laboramꝰ ⁊ idcirco
egreſſi ſūt de caſtris ⁊ latitāt̄ in a
gris dicentes Cū egreſſi fuerint
de ciuitate capiemus eos viuos et
tūc ciuitatē ingredi poterimꝰ. Re
ſpondit aūt vnꝰ ſeruoꝝ eiꝰ. Tol
lamus q̄nqꝫ equos qui remanſe
runt in vrbe. qꝛ ipī tm̄ ſunt in vni
uerſa multitudine iſrahel. alij em̄
ɔ̄ſumpti ſunt ⁊ mittentes explo
rare poterimus. adduxerūt ergo
duos equos. miſitqꝫ rex in caſtra
ſyrorum dicens. Ite ⁊ videte. Qui
abierunt poſt eos vſqꝫ ad iorda
nen. Ecce autem omīs via plena
erat veſtibus et vaſis que pro
iecerant ſyri cum turbarentur.

Reuersique nuncij indicauerunt regi. Et egressus populus diripuit castra sirie: factusque est modius simile statere vno et duo modij ordei statere vno: iuxta verbum domini. Porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat constituit ad portam quem conculcauit turba in introitu porte et mortuus est iuxta quod locutus fuerat vir dei quando descenderat rex ad eum. Factumque est secundum sermonem viri dei quem dixerat regi quando ait. duo modij ordei statere vno erunt et modius simile statere vno hoc eodem tempore cras in porta samarie. quando responderat dux ille viro dei et dixerat. etiam si dominus fecerit catharactas in celo numquid poterit fieri quod loqueris. et dixit ei videbis oculis tuis et inde non comedes. Euenit ergo ei sicut predictum erat et conculcauit eum populus in porta et mortuus est. ¶ Ca. viij.

Heliseus autem locutus est ad mulierem cuius viuere fecerat filium dicens. Surge: vade tu et domus tua et peregrinare vbicunque repereris. Vocabit enim dominus famem et veniet super terram septem annis Que surrexit et fecit iuxta verbum hominis dei et vadens cum domo sua: peregrinata est in terra philistijm diebus multis. Cumque finiti essent anni septem: reuersa est mulier de terra philistijm. Et ingressa est vt interpellaret regem pro domo sua et pro agris suis. Rex autem loquebatur cum giezi puero viri dei dicens Narra mihi omnia magnalia que fecit heliseus Cumque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset: apparuit mulier cuius viuificauerat filium clamans ad regem pro domo sua et pro agris suis Dixitque giezi. Domine mi rex hec est mulier et hic est filius eius quem suscitauit heliseus

Et interrogauit rex mulierem. Que narrauit ei. Deditque ei rex eunuchum vnum dicens. Restitue ei omnia que sua sunt et vniuersos reditus agrorum a die qua reliquit terram vsque ad presens. Venit quoque heliseus damascum et benadab rex sirie egrotabat. Nuntiaueruntque ei dicentes Venit vir dei huc Et ait rex ad azahel. Tolle tecum munera et vade in occursum viri dei et consule dominum per eum dicens Si euadere potero de infirmitate mea hac. Iuit igitur azahel in occursum eius habens secum munera et omnia bona damasci onera quadraginta camelorum. Cumque stetisset coram eo ait. Filius tuus benadab rex sirie misit me ad te dicens. Si sanari potero de infirmitate mea hac. Dixitque ei heliseus. Vade dic ei. Sanaberis. Porro ostendit mihi dominus: quia morte morietur. Stetitque cum eo et conturbatus est vsque ad suffusionem vultus. Fleuitque vir dei. Cui azahel ait. Quare dominus meus flet. At ille dixit. Quia scio que facturus sis filijs israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes et iuuenes eorum interficies gladio et paruulos eorum elides et pregnantes diuides. Dixitque asahel. Quid enim sum seruus tuus canis vt faciam rem istam magnam. Et ait heliseus Ostendit mihi dominus te regem sirie fore Qui cum recessisset ab heliseo venit ad dominum suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit heliseus. At ille respondit. Dixit mihi recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera: tulit stragulum et infudit aquam et expandit super faciem eius. Quo mortuo regnauit asahel pro eo. Anno quinto ioram filij achab regis israel regnauit ioram filius iosaphat rex iuda. Trigintaduorum

annoꝝ erat cū regnaē cepiſſet ⁊
octo ānis regnuit i ihrl'm· Ambu
lauitq̃ꝫ i vijs regū iſrl'· ſicut ābu
lauerat domꝰ achab· Filia enim
achab erat vxor eius· Et fecit q̄d
malū ē i ꝯſpectu dn̄i· Noluit autē
dn̄s diſp̄dere iudā ꝓpt̄ dauid ſer
uū ſuū: ſic̄ ꝓmiſeāt ei ut daret illi
lucnā ⁊ filijs eiꝰ cūctis diebꝰ· In
diebꝰ eiꝰ receſſit edon ne eēt ſb̄
iuda ⁊ ꝯſtituit ſibi regē· Venitq̃ꝫ
iorā ſeira ⁊ oīs exercitus cū eo· Et
ſurrexit nocte· ꝑcuſſitq̃ꝫ ydumeos
q̄ eū circūdederāt ⁊ pn̄cipes curru
um Populꝰ āt fugit i tab'nacula
ſua· Receſſit ḡ edō ne eēt ſb̄ iuda
vſq̃ꝫ ad diē hāc Tūc receſſit ⁊ lob
na in tp̄e illo· Reliq̄ autē ſermo
nū iorā ⁊ vniuerſa q̄ fecit· nonne
hec ſcripta ſūt i libro verboꝝ dieꝝ
regū iuda· Et dormiuit iorā cum
pr̄ibꝰ ſuis· ſepultuſq̃ꝫ eſt cū eis in
ciuitate dauid ⁊ regnauit ochozi
as filiꝰ eiꝰ ꝓ eo· Anno duodecīo
iorā filij achab regis iſrl': regna
uit ochozias filiꝰ iorā regis iude·
Vigītiduoꝝ ānoꝝ eāt ochozias
cū regnare cepiſſet ⁊ vno āno re
gnauit i ihrl'z Nomē mr̄is eiꝰ ata
lia filia āri regis iſrl' ⁊ ābulauit i
vijs domꝰ achab ⁊ fecit q̄d malū
ē corā dn̄o ſicut domꝰ achab· Ge
ner eīn domꝰ achab fuit Abijtq̃ꝫ
cū iorā filio achab ad ꝓliādū co
tra aſahel regē ſyrie i ramoth ga
laad ⁊ vulnerauerūt ſyri iorā· Qui
reuerſus ē ut curaret̄ in ieſrahel.
q̄ vulnerauerāt eū ſyri i ramoth
ꝓliātē ꝯtra aſahel regē ſyrie· Por
ro ochozias filiꝰ iorā rex iuda deſ
cēdit iuiſere iorā filiū achab i ieſ
rahel· q̄ egrotabat ibi· Ca· ix·

Heliſeꝰ aūt ꝓpħes vocauit vnū
de filijs ꝓpħaꝝ ⁊ ait illi· Ac
cīge lumbos tuos ⁊ tolle lēticulā
olei hāc in manu tua ⁊ vade in ra
moth galaad· Cūq̃ꝫ veneis illuc
videb' iehu filiū ioſaphat filij nā
ſi· Et igreſſus ſuſcitab' eū de medi
o fratꝝ ſuoꝝ ⁊ itroduces in interiꝰ
cubiculū· tenēſq̃ꝫ lēticulā olei fun
des ſup caput eiꝰ ⁊ dices Hec di
cit dn̄s Vnxi te regē ſup iſrl'· Ape
rieſq̃ꝫ oſtiū ⁊ ꝯfugies ⁊ n̄ ibi ſub
ſiſtes· Abijt ḡ adoleſcēs puer pro
phete i ramoth galaad ⁊ igreſſꝰ
ē illuc· Ecce aūt pn̄cipes exercitꝰ
ſedebāt· Et ait Verbū m̄ ad te o
pn̄ceps· Dixitq̃ꝫ iehu· Ad quē ex
oībus nob'· At ille dixit· Ad te o
pn̄ceps· Et ſurrexit ⁊ igreſſus eſt
cubiculū· At ille fudit oleū ſuper
caput eiꝰ· Et ait· Hec dicit dn̄s de
us iſrl' Vnxi te regē ſup ꝓpl'm dn̄i
iſrl' ⁊ ꝑcuties domum achab dn̄i
tui· Et vlciſcar ſāgnē ſuoꝝ meo
rū ꝓpħaꝝ ⁊ ſāgnē oīm ſeruo
rū dn̄i de manu iezabel· ꝑdāq̃ꝫ o ēm
domū achab Et interficiā de domo
achab mingētē ad parietē ⁊ clauſū
⁊ nouiſſimū i iſrl'· Et dabo domū
achab ſic̄ domū iherobeā filij na
bath ⁊ ſic̄ domū baaſa filij achi
a Iheſabel q̄ꝫ ꝯmedēt canes i agro
ieſrahel· nec erit q̄ ſepeliat eā· A
peruitq̃ꝫ oſtiū ⁊ fugit· Iehu āt in
greſſꝰ ē ad ſuos dn̄i ſui· Qui dix
ērūt ei· Recte ne ſūt oīa· Quid venit
inſanus iſte ad te· Qui ait· Noſtis
hoīez ⁊ q̄d locutꝰ ſit· At illi reſꝑde
rūt· Falſū ē· ſꝫ magis narra nob'
Qui ait eis· Hec et hec locutus
eſt michi· Et ait· Hec dicit domi
nus· Vnxi te regem ſuper iſrahel·

Feſtinauerūt itaqꝫ ⁊ vnꝰ quiſqꝫ tol
lens palliū ſuū poſuerūt ſub pedibꝫ
eiꝰ in ſilitudinē tribunal ⁊ cecine
rūt tuba atqꝫ dixerūt. Regnabit ie
hu. Coniurauit ergo iehu filius ioſa
phat filij namſi ꝯtra iorā. Porro
ioraz obſederat ramoth galaad
ipſe ⁊ oīs iſrł ꝯtra aſahel regē ſirie
⁊ reuerſus fuerat vt curaret ſe in ieſra
hel ꝓpter vulnera. quia ꝑcuſſerāt euz
ſyri pliantē ꝯtra aſahel regē ſirie
Dixitqꝫ iehu Si placet vobis nemo
egrediat᷑ ꝓfugus de ciuitate: ne va
dat ⁊ nūtiet in ieſrahel. Et aſcēdit
⁊ ꝓfectꝰ ē in ieſrahel. Iorā enim egro
tabat ibi ⁊ ochozias rex iuda de
ſcēderat ad viſitandū iorā. Igitur
ſpeculator qui ſtabat ſup turrim ieſ
rahel vidit globuz iehu venientis
Et ait. Video ego globuz. Dixitqꝫ
iorā. Tolle currū ⁊ mitte in occurſū
eorū ⁊ dicat vadēs. Recte ne ſunt
oīa? Abijt ergo qui aſcēderat currū in
occurſū eiꝰ Et ait. Hec dicit rex. Pa
cata ſūt oīa? Dixitqꝫ iehu. Quid
tibi ⁊ paci? Trāſi ⁊ ſequere me. Nū
tiauit qꝫ ſpeculator dicēs Venit nū
tius ad eos ⁊ nō reuertit᷑. Miſit etiaz
currū equorū ſcḋm: venitqꝫ ad eos
⁊ ait. Hec dicit rex Nūquid pax ē?
Et ait iehu. Quid tibi ⁊ paci? Trā
ſi ⁊ ſequere me Nūtiauit aūt ſpecula
tor dicēs Venit vſqꝫ ad eos ⁊ nō
reuertit᷑. Eſt aūt inceſſus quaſi inceſſus ie
hu filij namſi. Preceps enim gradit᷑
Et ait iorā. Iūgite currū. Iūxeruntqꝫ
currum eiꝰ. Et egreſſus ē ioraz rex
iſrł ⁊ ochozias rex iuda ſinguli in
curribꝰ ſuis. Egreſſiqꝫ ſūt in occur
ſū iehu ⁊ inuenerūt eū in agro na
both ieſrahelite. Cūqꝫ vidiſſet iorā
iehu: dixit. Pax eſt iehu? At ille

reſpondit. Que pax? Adhuc fornica
tiones iezabel matris tue ⁊ venefi
tia eius multa vigēt. Cōuertit aūt
ioram manū ſuā ⁊ fugiēs ait ad
ochoziaz. Inſidie ochozia. Porro
iehu tetēdit arcū manu ⁊ ꝑcuſſit
ioram inter ſcapulas ⁊ egreſſa ē ſa
gitta ꝑ cor eiꝰ: ſtatimqꝫ corruit in
curru ſuo. Dixitqꝫ iehu ad bada
char ducē. Tolle ꝓice euz in agro
naboth ieſrahelite. Memini enim quando
ego ⁊ tu ſedētes in curru ſequebamur
achab prēz huius: quia dn̄s onus
hoc leuauerit ſup eū dicēs. Si nō ꝓ
ſanguine naboth ⁊ ꝓ ſāguine fi
liorū eiꝰ quē vidi heri ait dn̄s: red
dā tibi in agro iſto dicit dn̄s. Nūc
ergo tolle ⁊ ꝓice eū in agro iuxta ver
bū dn̄i. Ochozias aūt rex iuda vidēs
hoc fugit ꝑ viā domus orti: ꝑſecu
tuſqꝫ ē eū iehu ⁊ ait. Etiā hūc ꝑcu
tite in curru ſuo. Et ꝑcuſſerūt eū in
aſcēſu gaber qui ē iuxta ieblaā Qui
fugit in mageddo ⁊ mortuus ē ibi
Et impoſuerūt eū ſerui eiꝰ ſup currū
ſuū ⁊ tulerūt in ihrłm: ſepelierūtqꝫ in
ſepulcro cū patribꝰ ſuis in ciuitate da
uid. Anno vndecimo ioraz filij ach
ab regis iſrł regnauit ochozias ſup
iudā venitqꝫ iehu in ieſrahel. Por
ro iezabel introitu eiꝰ audito depī
xit oculos ſuos ſtibio ⁊ ornauit ca
put ſuū ⁊ reſpexit ꝑ feneſtrā ingre
dientē iehu ꝑ portaz ⁊ ait. Nunquid
pax poteſt eſſe zamri: qui interfecit dn̄z ſu
ū? Leuauitqꝫ iehu faciē ſuā ad fe
neſtrā ⁊ ait. Que ē iſta? Et inclina
uerūt ſe ad eū duo vel tres eunu
chi ⁊ dixerūt. Hec ē illa iezabel. At
ille dixit eis Precipitate eā deorſū
Et ꝓcipitauerūt eā. Aſpſuſqꝫ ē ſa
guine paries ⁊ equorum vngule

ↄculcauerūt eā. Cūq; itrogreſſus
eēt ut comederꝫ biberetq; ait. Ite
⁊ videte maledictam illā ⁊ ſepelite
eā: q2 filia regis ē. Cūq; iſſent vt
ſepelirēt eaꝫ: nō inueneēt n̄ calua
riā ⁊ pedes ⁊ ſūmas manꝰ. Reuſi
q; nūciauerūt ei. Et ait iehu. Ser
mo dn̄i ē quē locutꝰ ē p ſeruū ſuū
heliā teſbitēꝫ dicēs. In agro ieſra
hel comedēt canes carnes iezabel
Et erūt carnes iezabel ſicut ſtercꝰ
ſup faciē terre in agro ieſrahel: ita
ut pretereuntes dicant. Heccine
ē illa iezabel.

Ca. x.

ERāt aūt achab ſeptuagita
filij ī ſamaria. Scripſit ḡ ie
hu litteras ⁊ miſit ī ſamariaꝫ ad
optiates ciuitatis et ad maiores
natu ⁊ ad nutritios achab dicēs
Stati ut accepeitis litteās has q̄
hētis filios dn̄i vr̄i ⁊ currꝰ ⁊ eq̄s ⁊
ciuitates firmas et arma: eligite
meliorē ⁊ eū q̄ voƀ placuerit de fi
lijs dn̄i vr̄i ⁊ eū ponite ſuper ſoliū
pr̄is ſui ⁊ pugnate ꝓ domo dn̄i ve
ſtri. Timuerūt illi vehemēt ⁊ dix
erūt. Ecce duo reges nō potuerūt
ſtaē corā eo ⁊ quō nos valebimꝰ
reſiſtere. Miſeīt ḡ ꝑpoſiti domus
⁊ p̄fecti ciuitatis ⁊ maiores natu
⁊ nutricij ad iehu dicētes. Serui
tui ſumꝰ: quecūq; iuſſeis faciemꝰ
nec ↄſtituemꝰ noƀ regē. Quecūq;
tibi placēt fac. Reſcripſit aūt eis
lr̄as ſecūdo dicēs. Si mei eſtis et
obeditis m̄: tollite capita filioꝝ do
mini vr̄i ⁊ venite ad me hac eadē
hoā cras in ieſrahel. Porro filij re
gis ſeptuagita viri apud optima
tes ciuitatis nutriebant. Cūq; ve
niſſent littere ad eos: tulerūt fili
os regis ⁊ occiderūt ſeptuaginta
viros ⁊ poſuerūt capita eoꝝ ī co
phinis ⁊ miſerūt ad eū ī ieſrahel
Venit aūt nūtiꝰ ad eū ⁊ īdicauit
ei dicēs. Attuleīt capita filioꝝ re
gis. Qui rn̄dit. Poīte ea ad duos
aceruos iuxta introitū porte vſq;
mane. Cūq; diluxiſſet egreſſus ē
⁊ ſtans dixit ad oēm pplm̄. Iuſti
eſtis. Si ego ↄiuraui contra dn̄ꝫ
meū ⁊ interfeci eū: q̄s pcuſſit oēs
hos. Videte ḡ nūc q̄m̄ n̄ cecidit d̄
ſermonibꝰ dn̄i ī terrā q̄s locutꝰ
eſt dn̄s ſup domū achab ⁊ dn̄s
fecit quod locutꝰ ē ī manu ſerui
ſui helie. Percuſſit igit̄ iehu oēs
qui reliq̄ erāt de domo achab in
ieſrahel ⁊ vniūſos optiates eius
⁊ notos ⁊ ſacdotes: donec non ē
manerent ex eo reliq̄e. Et ſurrexit
⁊ venit ī ſamariā. Cūq; veniſſꝫ ad
camerā paſtoꝝ ī via: iuenit frēs
ochozie regis iuda. dixitq; ād eos
Qui nā eſtis vos. Q̄ rn̄derūt. Frēs
ochozie ſumꝰ ⁊ deſcēdimꝰ ad ſalu
tādos filios ēgis ⁊ filios ēgine. Qui
ait. Cōp̄hendite eos viuos. Quos
cū cōp̄hendiſſent viuos: iugula
uerunt eos ī ciſterna iuxta came
rā q̄draginta duos viros ⁊ nō ēli
q̄t ex eis quēq̄. Cūq; abiſſꝫ iđe i
uenit ionadab filiū ēchab in oc
curſū ſibi ⁊ bn̄dixit ei. Et ait iehu
ad eū. Nūq̄d ē cor tuū ēctū cū cor
de meo ſic̄ cor meū cū corde tuo. Et
ait ionadab. Eſt. Si ē inq̄t da ma
nū tuā. Q̄ dedit ei manū ſuaꝫ. At il
le leuauit eū ad ſe ī currū. Dixitq;
ad eū. Veī mecū ⁊ vide zelū meū ꝓ
dn̄o. Et īpoſitū ī curru ſuo duxit ī
ſamariā. Et pcuſſit oēs q̄ ēliq̄ fue
rāt de achab ī ſamaia vſ; ad vnū.
iux̄ verbū dn̄i q̄d locutꝰ ē p heliā

Congregauit ergo iehu omnem
ꝑplm ⁊ dixit ad eos. Achab colu-
it baal parꝫ. ego autē colaꝫ eū am-
plius. Nūc igit̄ oēs ꝓphetas baal
⁊ vniuſos ſeruos eiꝰ ⁊ cūctos ſa-
cerdotes ip̄ius vocate ad me. Nul-
lus ſit q̄ nō veniat. Sacrificiū em̄
grāde ē mihi baal. Quicunqꝫ defu-
erit non viuet. Porro iehu fatie-
bat hoc īſidioſe vt diſpdēt culto-
res baal. Et dixit. Sāctificate dieꝫ
ſollemnē baal. Vocauitqꝫ ⁊ miſit
in vniuſos t̄minos iſrl̄ ⁊ venerūt
cūcti ſerui baal. Nō fuit reſiduus
ne vnꝰ q̄dem q̄ nō veniret. Et ingreſ-
ſi ſūt templuꝫ baal. Et repleta eſt
domꝰ baal a ſūmo vſqꝫ ad ſūmuꝫ.
Dixitqꝫ hiis q̄ p̄erant ſup veſtes.
Proferte veſtimēta vniuſis ſuis
baal. Et ꝓtulerūt ei veſtes. Ingreſ-
ſuſqꝫ iehu ⁊ ionadab filius rech-
ab templū baal: ait cultoribꝰ ba-
al. Perq̄rite ⁊ videte ne quis forte
vobiſcū ſit de ſeruis dn̄i. ſꝫ vt ſint
ſerui baal ſoli. Ingreſſi ſunt igit̄
vt facerēt victimas ⁊ holocauſta.
Iehu autē p̄parauerat ſibi foris
octogīta viros ⁊ dixerat eis. Qui-
cūqꝫ fugerit de hoīibꝰ hiis quos
ego adduxero in manꝰ vr̄as: aīa
eius erit ꝓ aīa illius. Factū ē autē
cū cōpletū eſſꝫ holocauſtū: p̄cepit
iehu militibus ⁊ ducibus ſuis. In-
gredimini ⁊ ꝑcutite eos. Nullus
euadat. Percuſſerūtqꝫ eos in ore
gladii ⁊ ꝓiecerūt milites ⁊ duces.
Et ierūt in ciuitatē tēpli baal ⁊ ꝓ-
tulerūt ſtatuam de phano baal ⁊
cōbuſſerunt ⁊ cōminuerūt eā. De-
ſtruxerūtqꝫ edē baal ⁊ fecerunt ꝓ
ea latrinas vſqꝫ in diē hāc. Dele-
uit itaqꝫ iehu baal de iſrl̄. verūtn̄
a peccatis ieroboā filii nabath q̄
peccare fecit iſrl̄: nō receſſit nec de-
reliq̄t vitulos aureos q̄ erāt in be-
thel ⁊ in dan. Dixit autēꝫ dn̄s ad
iehu. Quia ſtudioſe egiſti q̄d re-
ctuꝫ erat ⁊ placebat ī oc̄lis meis
oīa que erant in corde meo feciſti
cōtra domū achab: filii tui vſqꝫ ad
quartaꝫ gn̄ationem ſedebūt ſup
thronū iſrl̄. Porro iehu nō cuſto-
diuit vt ambularet in lege dn̄i dei
iſrl̄ ī toto corde ſuo. Nō ei receſſit
a pc̄cis ieroboā q̄ peccare fecerat
iſrl̄. In diebꝰ illis cepit dn̄s tedē
ſup iſrl̄. Percuſſitqꝫ eos azahel ī
vniuſis finibꝰ iſrahel: a iordane
contra orientaleꝫ plagā: omnem
terrā galaad ⁊ gad ⁊ ruben ⁊ ma-
naſſe ab aroer q̄ eſt ſup torrentē
arnon ⁊ galaad ⁊ baſan. Reliq̄
autē v̄boꝝ iehu ⁊ vniuſa q̄ fecit ⁊
fortitudo eiꝰ: nōne hec ſcripta ſūt
in libro verboꝝ dieꝝ regū iſrahel.
Et dormiuit iehu cuꝫ patribꝰ ſuis
ſepelierūtqꝫ eum in ſamaria ⁊ reg-
nauit ioachaz filiꝰ eius ꝓ eo. Dies aūt
q̄s regnauit iehu ſup iſrl̄ viginti ⁊
octo āni ſūt ī ſamaria. ¶ Ca. xi.

Atalia vero mater ochozie vi-
dēs mortuū filiuꝫ ſuū: ſurrex-
it ⁊ interfecit om̄e ſemē regiū. Tol-
lens autē ioſaba filia regis ioraꝫ
ſoror ochozie. ioas filiuꝫ ochozie
furata eſt eum de medio filioꝝ re-
gis q̄ interficiebant̄, ⁊ nutricē eiꝰ
de tricilinio. ⁊ abſcōdit euꝫ a fatie
atalie vt nō interficeret̄: eratqꝫ cū
ea ſex ānis clam in domo dn̄i. Por-
ro atalia regnauit ſup terrā ſeptē
annis. Anno autē ſeptimo miſit
ioiada ⁊ aſſumēs centuriones ⁊
milites introduxit ad ſe in tēpluꝫ

dñi pepigitq́ cū eis fedus. Et ad
iurans eos ī domo dñi oſtēdit eis
filiū regis ⁊ precepit illis dicens.
Iſte eſt ſermo quē facere debeatis
Tertia ps veſtrū introeat ſabba
to ⁊ obſeruet excubias domus re
gis. Tertia aūt ps ſit ad portam
ſepr. ⁊ tertia ps ſit ad portā que
ē poſt habitaculū ſcutatiorū. et cu
ſtodietis excubias domus meſſa
Due vero ptes e vobis ōnes egre
dientes ſabbato cuſtodiāt excubi
as domus dñi circa regē ⁊ valla
bitis eū hñtes arma in manibꝰ
veſtris. Si qs aūt ingreſſus fuerit
ſeptū tēpli. interficiatur. Eritiſq́ cū
rege introeunte ⁊ egrediente. Et fe
cerūt centuriones iuxta oīa q̄ pre
cepat eis ioiada ſacdos. Et aſſu
mentes ſinguli viros ſuos q̄ egre
diebantur ſabbatū. cū hiis q̄ egre
diebantur e ſabbato venerunt ad
ioiadā ſacerdotē. Qui dedit ei ha
ſtas ⁊ arma regis dauid que erāt
ī domo dñi. Et ſteterūt ſinguli ha
bentes arma in manu ſua a pāte
tēpli dextra vſq́ ad ptē ſiniſtrā
altaris ⁊ edis circū regē. Produ
xitq́ filiū regis ⁊ poſuit ſuper eū
dyadema ⁊ teſtimoniū. feceruntq́
eū regē ⁊ vnxerunt ⁊ plaudentes
manu dixerunt Viuat rex. Audi
uit aūt atalia vocē ppli currentis
⁊ ingreſſa ad turbas in templū
dñi. vidit regē ſtantem ſup tribu
nal iuxta morē ⁊ cātores ⁊ turbas
ppe eū. oēmq́ pplm terre letantē
⁊ canentē tubis ⁊ ſcidit veſtimē
ta ſua clamauitq́. Coniuratio. ꝯiu
ratio. Precepit autē ioiada centu
rionibus qui erāt ſuper exercitū
⁊ ait eis Educite eam extra ſepta
templi ⁊ quicūq́ eam ſecutꝰ fue
rit. feriatur gladio. Dixerāt enim ſa
cerdos. non occidatur in templo
domini. Impoſuerūtq́ ei manus
⁊ impegerunt eam p viā introi
tꝰ equorū iuxta palatiū ⁊ interfe
cta ē ibi. Pepegit ergo ioiada fedꝰ
inter deum ⁊ regē ⁊ inter pplm ut
eſſet populꝰ dñi inter regē ⁊ pplz
Ingreſſuſq́ eſt omnis populus
terre templū baal ⁊ deſtruxerūt
aras eiꝰ ⁊ ymagines cōtriuerūt
valide. mathan q́ſ ſacerdotē baal
occiderunt coram altari. Et poſuit
ſacerdos cuſtodias in domo dñi.
tulitq́ centuriones ⁊ cherethi et
pheleti legiones ⁊ oēm pplm ter
re ⁊ deduxerūt regē de domo dñi. Et
venerūt p viā porte ſcutatiorū in
palatiū ⁊ ſedit ſup thronū regū.
Letatus ē oīs pplus terre ⁊ ciuitas
ꝯquieuit. Atalia aūt occiſa ē gladi
o ī domo regis. ſeptēq́ ānorū erat
ioas cū regnare cepiſſet. Ca. xij.

Anno ſeptimo iehu regnauit
ioas. Quadraginta ānis re
gnauit ī iheruſalē nomē matris
eiꝰ ſebia de berſabee. Fecitq́ ioas
rectum corā domino. cūctis diebꝰ
quibꝰ docuit eum ioiada ſacdos
verūtamen excelſa non abſtulit.
Adhuc enī populꝰ īmolabat ⁊
adolebat ī excelſis incenſū. Dixitq́
ioas ad ſacerdotes. Omnē pecu
niam ſanctorum q̄ illata fuerit ī tē
plum dñi a ptereuntibus que of
ferūtur p p̄cio anime ⁊ quā ſponte ⁊
arbitrio cordis ſui īferunt ī tem
plū domini. accipiant illam ſacer
dotes iuxta ordinē ſuum ⁊ inſtau
rent ſartatecta domus ſi quid ne
ceſſarium viderint inſtauratione

Igitur vſqꝫ ad viceſimūtertiū
annū regis ioas. nō inſtauraue
rūt ſacerdotes ſartatecta tēpli. Vo
cauitqꝫ rex ioas ioiadā pontificē
⁊ ſacerdotes dicēs eis. Quare ſarta
tecta nō inſtauratis tēpli. Nolite
ergo ampli⁹ accipere pecuniā iux
ta ordinē veſtrū. ſꝫ ad inſtaurati
onē tēpli reddite eā. Prohibitiqꝫ
ſūt ſacerdotes vltra accipere pecu
niā a populo ⁊ inſtaurare ſartate
cta domus. Et tulit ioiada pōtifex
gazophilatiū vnū. Aperuitqꝫ fo
ramen deſup ⁊ poſuit illud iuxta
altare ad dexterā ingredientiū do
mū dn̄i. mittebātqꝫ in eo ſacerdo
tes q̄ cuſtodiebāt oſtia omēꝫ pe
cuniā que deferebat̄ ad tēplū do
mini. Cūqꝫ viderent nimiam pecu
niā eſſe in gazophilatio aſcende
bat ſcriba regis ⁊ pōtifex. effunde
bantqꝫ ⁊ numerabāt pecuniaꝫ q̄
inueniebat̄ in domo dn̄i ⁊ dabāt
eā iuxta numerū atqꝫ menſurā in
manu eoꝝ q̄ p̄erāt cemētarijs do
mus dn̄i. Qui impēdebant eam in
fabris lignoꝝ et ī cemētarijs hijs
q̄ opabant̄ in domo dn̄i et ſartate
cta faciebant ⁊ in hijs q̄ cedebāt
ſaxa ⁊ vt emerēt ligā ⁊ lapides q̄
excidebantur. ita vt ipleret̄ iſtau
ratio domus dn̄i ī vniuerſis q̄ idi
gebāt expēſa ad muniēdā domū
Verūtamen nō fiebāt ex eadē pe
cunia ydrie tēpli dn̄i ⁊ fuſcinule
⁊ thuribula ⁊ tube ⁊ oē vas aure
um ⁊ argēteū de pecunia q̄ infere
bat̄ ī templū dn̄i. Hijs enī q̄ facie
bāt opus dabat̄ vt iſtauraretur
templū dn̄i. Et n̄ fiebat ratio hijs
hominib⁹ q̄ accipiebāt pecuniam
vt diſtribuerent eā artificib⁹. ſꝫ
in fide tractabāt eā. Pecuniā vo
pro delicto ⁊ pecuniam ꝓ peccatis
nō inferebāt in templū dn̄i. qꝛ ſa
cerdotū eāt. Tūc aſcendit aſahel
rex ſirie ⁊ pugnabat cōtra geth.
cepitqꝫ eā. Et direxit faciē ſuā vt
aſcēderet in ihr̄lm. Quāobrem tu
lit ioas rex iuda omīa ſāctificata
q̄ conſecrauerat ioſaphat ⁊ iorā
et ochozias p̄res eius reges iuda
⁊ que ipē obtulerat ⁊ vniuerſum
argentū qđ inueniri potuit ī the
ſauris tēpli dn̄i ⁊ in palatio r̄gis
miſitqꝫ aſaheli regi ſirie ⁊ receſſit
ab ihr̄lm. Reliq̄ autē ſermonū io
as ⁊ vniūſa q̄ fecit nōne hec ſcrip
ſūt ī libro v̂boꝝ dieꝝ regū iuda.
Surrexerūt autē ſui eius ⁊ cōiura
uerūt inter ſe. pcuſſerūtqꝫ ioas ī do
mo mello ī deſcēſu ſela. Ioſachar
namqꝫ filius ſemath ⁊ iozabath
filius ſomer ſerui eius pcuſſerūt
eum ⁊ mortu⁹ ē. Et ſepelierunt eū
cū p̄ribus ſuis in ciuitate dauid
regnauitqꝫ amaſias fili⁹ ei⁹ ꝓ eo

Anno viceſimo. Ca. xiij
tercio ioas filij ochozie r̄gis
iude regnauit ioachaz fili⁹ iehu
ſup iſr̄l in ſamaria decem ⁊ ſeptē
annis ⁊ fecit malū corā dn̄o. Se
cutuſqꝫ ē peccata ierobōā filij na
bath q̄ peccare fecit iſr̄l ⁊ non de
clinauit ab eis. Iratuſqꝫ eſt furor
dn̄i cōtra iſrahel et tradidit eos ī
manu aſahel regis ſirie et in ma
nu benadab filij aſahel cūctis die
b⁹. Depꝛecatus ē autē ioacham fa
ciem dn̄i ⁊ audiuit eum dn̄s. Vi
dit enī anguſtiam iſr̄l. qꝛ attriue
rat eos rex ſirie. Et dedit dn̄s ſalua
torem iſraheli ⁊ liberatus ē de ma
nu regis ſirie. habitauerūtqꝫ filij

isr̄l in tabernacul̄ suis sicut heri et
nudiustertius. Verūtamē nō reces
serūt a peccatis domꝰ iheroboaz q̄
peccare fecit isr̄l. ſ; in ipīs ambula
uerūt Siquidem et lucus pmansit
in samaria et n̄ sūt derelicti ioachā
de pplo nisi quīquaginta equites
et decē currus et decē milia peditu;.
Interfecerat enī eos rex syrie et re
degerat quasi puluerem i tritura
aree. Reliq̄ aūt sermonū ioachā
et vniuersa que fecit et fortitudo
eiꝰ: nōne hec scripta sunt in libro
sermonū dierū regū isr̄l. Et dormi
uitq; ioachā cū pr̄ibꝰ suis et sepe
lierunt eū in samaria. regnauitq;
ioas filius eiꝰ p eo. Anno tricesi
mo septīo ioas regis iuda regna
uit ioas filiꝰ ioacham sup isr̄l in
samaria sedecī annis et fecit qđ ma
lū ē in ɔspectu dn̄i. Nō declinauit
ab oībus pc̄is ieroboaz filij na
bath q̄ peccare fecit isr̄l. ſ; in ipīs
ambulauit. Reliq̄ aūt sermonu;
ioas et vniuersa que fec̄ et fortitu
do eiꝰ quō pugnauerit ɔtra ama
siā regē iuda: nōne hec scripta sūt
in libro s̄monū dieꝝ regū isr̄l. Et
dormiuit ioas cū pr̄ibꝰ suis. iero
boā aūt sedit sup soliū eiꝰ. Porro
ioas sepultus ē i samaria cū regi
bus isr̄l. Heliseꝰ aūt egrotabat i
firmitate qua et mortuꝰ ē. Descen
ditq; ad eū ioas rex isr̄l et flebat
corā eo. dicebatq; pat̄ mi: pat̄ mi
currus isr̄l et auriga eiꝰ. Et ait he
liseꝰ. Affer arcū et sagittas. Cūq;
attulisset ad eū arcū et sagittas: di
xit ad regē isr̄l. Pone manū tuā
sup arcū. Et cū posuisset ille manū
suā: supposuit heliseꝰ manꝰ suas
manibꝫ regis et ait. Aperi fenestrā ori
entalē. Cūq; apuisset dixit heliseꝰ
Iace sagittā. Et iecit. Et ait helise
us. Sagitta salutis dn̄i et sagitta
salutis ɔtra syriā. Percutiesq; sy
riā in aphec donec ɔsumas ea;. Et
ait. Tolle sagittas. Qui cū tulisset
rursū dixit ei. Percute iaculo t̄rā.
Et cū pcussisset tribꝰ vicibꝫ et stetis
set iratus ē vir dei ɔtra eum et ait.
Si pcussisses quīquies aut sexies
siue septies: pcussisses syria; vsq;
ad ɔsumacōe;. Nūc aūt tribꝫ vici
bꝰ pcuties eā. Mortuꝰ est ergo heliseꝰ
et sepelierūt eu;. Latrunculi aūt de
moab venerūt in terrā in ipso āno
Quidā aūt sepeliētes hominē vi
derūt latrunculos et piecerūt cada
uer i sepulchro helisei. Qđ cū teti
gisset ossa helisei reuixit hō et stetit
sup pedes suos. Igit̄ asahel rex sy
rie afflixit isr̄l cūctis diebus ioa
chā. Et misertꝰ ē dn̄s eoꝝ et reuer
sus ē ad eos pp̄t pactū suū qđ ha
bebat cū abrahā et ysaac et iacob
et noluit disperdere eos neq; picere
penitus vsq; in pn̄s tēpꝰ. Mortuꝰ ē
aūt asahel rex syrie et regnauit be
nadab filiꝰ eius p eo. Porro ioas
filiꝰ ioachaz tulit vrbes de manu
benadab filij asahel q̄s tulerat de
manu ioacham pr̄is sui iure p̄lij.
Tribꝫ vicibꝰ pcussit eū ioas et red
didit ciuitates isr̄l.

Ca. xiiij.

In anno secūdo ioas filij ioachaz
regis isr̄l: regnauit amasias filiꝰ
ioas regis iuda. Viginti quinq; an
norū erat cum regnare cepisset. vi
ginti autem et nouem annis reg
nauit in iherusalem. Nomē mr̄is
eius ioaden de iherusalem. Et fecit
rectum coram domino. verumta
men non vt dauid pater eius.

Juxta omnia q̄ fecit ioas pater
ſuus fecit. n̄ hoc tantũ ꝙ excelſa n̄
abſtulit. Adhuc em̄ popul⁹ ado
lebat ⁊ imolabat icenſũ i excelſis
Cũq̄ȝ obtinuiſſet r̄gnũ ꝑcuſſit ſ̄
uos ſuos qui īterfecerant regē pa
trē ſuũ. filios autē eoꝝ q̄ occiderāt
nō occidit. iuxta q̄d ſcriptũ ē in li
bro legis moyſi ſicut p̄cepit dn̄s
dicēs. Non morient̄ p̄res ꝓ filijs
neq̄ȝ filij ꝓ p̄ribus. ſȝ vn⁹ quiſq̄ȝ i
peccato ſuo morietᷣ. Ipſe ꝑcuſſit
edom in valle ſalinarũ decem mi
lia ⁊ apprehēdit petrā i p̄lio. voca
uitq̄ȝ nomē eius iezechel vſq̄ȝ i p̄
ſentē diē. Tũc miſit amaſias nũ
cios ad ioas filiũ ioachaz filij ie
hu regis iſrl̄ dicens. Veni ⁊ vide
amus nos. Remiſitq̄ȝ ioas r̄x iſrl̄
ad amaſiā regē iuda dicēs. Car
duus libani miſit ad cedrũ que
eſt in libano dicens. Da filiā tuā
filio meo vxorē. Trāſierūtq̄ȝ beſtie
ſaltus q̄ ſũt in libano ⁊ ꝯculcaue
rũt carduũ. Percutiēs inualuiſti
ſup edom ⁊ ſubleuauit te cor tuũ
Contētus eſto gloria ⁊ ſede in do
mo tua. Quare ꝓuocas malũ vt
cadas tu ⁊ iudas tecũ.ᶜ Et nō ac
q̄euit amaſias. Aſcēditq̄ȝ ioas r̄x
iſrl̄ ⁊ viderūt ſe ipſe ⁊ amaſias rex
iudā i bethſames oppido iude. per
cuſſuſq̄ȝ ē iuda corā iſrl̄ ⁊ fugerūt
vn⁹quiſq̄ȝ i tabnacula ſua. Ama
ſiam vero r̄gē iuda filiũ ioas filij
ochozie cepit ioas r̄x iſrl̄ in beth
ſames ⁊ adduxit eũ i ihr̄lm. Et in
terrupit murũ ihr̄lz a porta ephr̄
im vſq̄ȝ ad portam āguli q̄dringē
tis cubitis. Tulitq̄ȝ omne aurũ ⁊
argentũ ⁊ vniuſa vaſa q̄ iuenta
ſũt i domo dn̄i ⁊ i theſauris regis
⁊ obſides ⁊ reuerſus ē i ſamariā
Reliq̄ autē verboꝝ ioas q̄ fecit et
fortitudo ei⁹ q̄ pugnauit cōtra ama
ſiam regē iuda. nōne hec ſcripta
ſũt i libro ſmonũ dieꝝ regũ iſrl̄.ᶜ
Dormiuitq̄ȝ ioas cũ p̄ribus ſuis ⁊
ſepultus ē i ſamaria cũ regib⁹ iſrl̄
⁊ regnauit iherobo‍ā fili⁹ eius ꝓ eo.
Vixit autē amaſias fili⁹ ioas r̄x
iuda poſtq̄ȝ mortu⁹ ē ioas fili⁹ io
achā regis iſrl̄ vigītiquinq̄ȝ ānis
Reliq̄ autē ſmonũ amaſie. nōne
hec ſcripta ſũt i libro ſmonũ die
rũ regũ iuda.ᶜ Factaq̄ȝ ē ꝯtra eũ cō
iuratio i ihr̄lz. at ille fugit i lachis
Miſerūtq̄ȝ poſt eũ in lachis ⁊ inter
fecerūt eũ ibi ⁊ aſportauerūt in eq̄s
ſepultuſq̄ȝ ē i ihr̄lm cũ p̄rib⁹ ſuis
in ciuitate dauid. Tulit āt vniuſus
popul⁹ iude azariā ānos natũ ſede
cim ⁊ cōſtituerūt eũ regē ꝓ p̄re ei⁹
amaſia. Ipſe edificauit ahilā ⁊ re
ſtituit eā iude poſtq̄ȝ dormiuit rex
cũ p̄rib⁹ ſuis. Anno q̄ntodecimo
amaſie filij ioas reḡ iuda r̄gnauit
iherobo‍ā fili⁹ ioas regis iſrl̄ in ſa
maria q̄dragīta ⁊ vno āno et fe
cit q̄d malũ ē corā dn̄o. Nō recessit
ab omnib⁹ peccatis iherobo‍ā filij
nabath q̄ peccare fecit iſrl̄. Ipſe re
ſtituit t̄minos iſrahel ab introitu
emath vſq̄ȝ ad mare ſolitudinis
iuxta ſermonē dn̄i dei iſrl̄ quē lo
cutus ē p ſeruũ ſuũ ionam filiũ a
mathi ꝓpheta q̄ erat de geth q̄ ē
in opher. Vidit em̄ dn̄s afflictio
nē iſrahel amarā nimis ⁊ ꝙ ꝯſũp
ti eſſent vſq̄ȝ ad clauſos carceris
⁊ extremos ⁊ non eſſet qui auxili
aret̄ iſrahel. Nec locutus ē dn̄s vt
deleret nomē iſrahel de ſub celo ſȝ
ſaluauit eos i manu iherobo‍ā filij

ioas. Reliqua autē ſmonū ihero-
boam ⁊ vniuerſa que fecit ⁊ forti-
tudo eiꝰ qua p̄liatus eſt ⁊ q̄uo re-
ſtituit damaſcū ⁊ emath iude in
iſrl': nōne hec ſcripta ſūt i libro ſer-
monū dieꝝ regū iſrl'. Dormiuitq;
iheroboā cū pr̄ibꝰ ſuis regibꝰ iſrl'
⁊ r̄egnauit zacharias filiꝰ eiꝰ ꝓ eo.

Anno vigeſimo ſe- Ca. xv.
ptimo iheroboā regis iſrl' re-
gnauit azarias filiꝰ amaſie regis
iuda. Sedecim annoꝝ erāt cum re-
gnare cepiſſ; ⁊ q̄nquaginta duo-
bꝰ ānis r̄egnauit in ihrl'm. Nomē
mr̄is eius iecelia de ihrl'm. Fecitq;
qđ erat placitū corā dn̄o iux̄ oīa
que fecit amaſias pr̄ eius. verūta-
men excelſa non ē demolitus. Ad-
huc pp̄ls ſacrificabat ⁊ adolebat
incēſū i excelſis. Percuſſit āt dn̄s
regē ⁊ fuit leproſus vſq; i diē mor-
tis ſue ⁊ hītabat i domo libera ſe-
orſū. Ioathā vero filiꝰ regis guber-
nabat palatiū ⁊ iudicabat pp̄lm
terre. Reliq̄ aūt ſermonū azarie ⁊
vniūſa que fecit: nōne hec ſcripta
ſūt i libro v̄erboꝝ dieꝝ r̄egū iuda.
Et dormiuit azarias cū pr̄ibꝰ ſuis
ſepelierūtq; eū cū maioribꝰ ſuis in
c̄itate dauid ⁊ regnauit ioathan
filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Anno triceſimo octa-
uo azarie regis iude regnauit zac-
harias filiꝰ iheroboam ſup iſrl' in
ſamaria ſex mēſibꝫ ⁊ fecit qđ ma-
lū ē corā dn̄o ſicut fecerāt pr̄es eiꝰ
Non receſſit a peccatis iheroboam
filij nabath qui peccare fecit iſrl'.
Cōiurauit autē cōtra eum ſellū fi-
lius iabes ꝑcuſſitq; eum palam ⁊
interfecit. regnauitq; ꝓ eo. Reliq̄
autem verborum zacharie. nōne
hec ſcripta ſunt in libro ſermonū
dieꝝ regū iſrahel. Iſte eſt ſermo
domini quē locutus eſt ad iehu
dicens. Filij tui vſq; ad quartam
generationem ſedebunt de te ſup
thronum iſrahel. Factūq; eſt ita.
Sellum filius iabes regnauit tri-
ceſimonono anno azarie regis iu-
de. Regnauit autem vno menſe
in ſamaria. Et aſcendit manahen
filius gaddi de therſa. venitq; ſa-
mariam ⁊ ꝑcuſſit ſellū filiū iabes
i ſamaria ⁊ interfecit eū regnauitq;
ꝓ eo. Reliqua autē verboꝝ ſellū
⁊ ꝯiuratio eiꝰ per quam tetendit
inſidias: nōne hec ſcripta ſunt in
libro ſermonū dieꝝ regū iſrahel.
Tunc ꝑcuſſit manahē thapſā ⁊
omnes q̄ erant in ea ⁊ terminos
eiꝰ de therſa. Noluerant em̄ apire
ei. Et interfecit oēs p̄gnantes eiꝰ
⁊ ſcidit eas. Anno triceſimonono
azarie regis iude regnauit mana-
hen filiꝰ gaddi ſup iſrl' decē ānis
i ſamaria. fecitq; qđ erat malū co-
rā dn̄o. Nō r̄eceſſit a pc̄cis ierobo-
am filij nabath q̄ peccare fecit iſ-
rahel cūctis diebꝰ eiꝰ. Veniebat
phul rex aſſyriorū in therſa ⁊ da-
bat manahē phul mille talēta ar-
gēti vt eſſ; ei i auxiliū ⁊ firmaret
r̄egnū eiꝰ. Indixitq; manahē argē-
tū ſup iſrl' cūctis potentibꝰ ⁊ diui-
tibꝫ vt daret regi aſſirioꝝ q̄nqua-
ginta ſiclos argēti p ſingulos. Re-
uerſuſq; ē rex aſſyrioꝝ ⁊ nō ē mora-
tus i therſa. Reliq̄ āt ſmonū ma-
nahē ⁊ vniūſa q̄ fec: nōne hec ſcri-
pta ſūt i libro ſmonū dieꝝ regū
iſrl'. Et dormiuit manahē cū pr̄ibꝫ
ſuis. regnauitq; phaceia filiꝰ eius
ꝓ eo Anno q̄nquageſimo azarie
regis iude regnuit phaceia filius

manahen ſup iſrł in ſamaria bie̅
nio ⁊ fecit quod erat malū corā
dn̄o. Non receſſit a peccatis ihero
boā filij nabath q̄ peccaē fecit iſrł
Cōiuȧuit āt aduerſus eū phacee
fili⁹ romelie dux ei⁹. ⁊ pcuſſit eum
i ſamaria i turre dom⁹ regie iuxta
argob ⁊ iuxta aripha ⁊ cū eo q̄nq̄
gīnta viros de filijs galaaditarū
et interfecit eū. regnauit q̄ꝫ ꝓ eo.
Reliq̄ aūt ſmonū phacee et vni
uerſa q̄ fecit nōne hec ſcripta ſūt
i libro ſmonū dierꝝ regū iſrahel
Anno q̄nquageſimoſecūdo aza
rie regis iude regnauit phacee fi
li⁹ romelie ſup iſrł i ſamaria vigi
ti ānis et fecit q̄d erat malū corā
dn̄o Non receſſit a peccatis ihero
boā filij nabath q̄ peccare fecit iſ
rahel. In dieb⁹ phacee reg̃ iſrł venit
theglat phalaſſar rex aſſur ⁊ cepit
ahion ⁊ abel domū maacha ⁊ ia
noe ⁊ cedes ⁊ aſor ⁊ galaad ⁊ ga
lileam ⁊ vniuerſam terrā nepta
lim ⁊ tranſtulit eos in aſſirios Cō
iuȧuit autē ⁊ tetēdit inſidias oſee
fili⁹ hela ꝯtra phacee filiū rome
lie ⁊ ꝑcuſſit eū ⁊ interfecit. regnauitq̄ꝫ
ꝓ eo viceſimo āno ioachim filij
ozie. Reliq̄ aūt ſermonū phacee
⁊ vniuerſa q̄ fecit. nōne hec ſcrip
ta ſūt i libro ſmonū dierꝝ regum
iſrł. Anno ſecūdo phacee filij ro
melie regis iſrł. regnauit ioathan
fili⁹ ozie regis iuda. Vigītiquīq̄ꝫ
annorꝝ erat cū regnare cepiſſet ⁊
ſedecim ānis regnauit i ihrlm. No
mē mr̄is ei⁹ iheruſa. filia zadoch.
Fecitq̄ꝫ q̄d erāt placitū corā dn̄o
iuxta omīa q̄ fecit ozias pr̄ ſuus
oꝑatus ē. veruntamen excelſa nō
abſtulit. Adhuc pp̄ls imolabat

⁊ adolebat icenſū in excelſis Ipſe
edificauit portam dom⁹ dn̄i ſubli
miſſimā. Reliq̄ autē ſmonū ioa
thā et vniuerſa q̄ fecit. nōne hec
ſcrip̄ ſūt i libro vborꝝ dierꝝ reguꝫ
iuda. In dieb⁹ illis cepit dn̄s mit
tē i iudā raſin rēgē ſirie ⁊ phacee
filiū romelie. Et dormiuit ioathā
cū pr̄ibus ſuis ſepultuſq̄ꝫ ē cū eis
in ciuitate dauid pr̄is ſui et rēg̃
uit acham fili⁹ ei⁹ ꝓ eo ¶ Ca. xvi

Anno decimoſeptīo phacee
filij romelie rēgnauit achā
filius ioathan regis iuda. Vigi
ti annorū erat acham cū rēgnare
cepiſſet et ſedecī annis regnauit
in iheruſalem. Non fecit q̄d erat
placitum in conſpectu domini dei
ſui ſicut dauid pater ei⁹. ſ; ābula
uit in via regū iſrł. Inſup ⁊ filiū
ſuū cōſecrauit trāfferēs p ignē
ſcd̄m ydola gentiū q̄ diſſipauit
dn̄s corā filijs iſrł. Immolabat
q̄ꝫ victimas ⁊ adolebat incenſum
i excelſis et i collib⁹ et ſb̄ oī ligno
frondoſo. Tūc aſcendit raſin rēx ſi
rie et phacee fili⁹ romelie rex iſrł
ad ꝑliandū in ihrlm. Cūq̄ꝫ obſi
derēt achaz nō valuerūt ſupare
eū. In tēpore illo reſtituit raſin rēx
ſirie haylam ſerie ⁊ eiecit iudeos
de hayla. Et ydumei ⁊ ſiri venerūt
in haylam et hītauerūt ibi vſq̄ꝫ i
diē hāc. Miſit autē achaz nūcios
ad teglat phalaſſar regē aſſirio
rū dicēs Seruus tu⁹ ⁊ filius tuus
ego ſū. Aſcēde ⁊ ſaluum me fac de
manu regis ſyrie ⁊ de māu regis
iſrł q̄ ꝯſurrexerūt aduſū me Et cū
collegiſſet argētū et aurū q̄d iue
niri potuit in domo dn̄i ⁊ i theſau
ris rēgis miſit rēgi aſſiriorꝝ munerā

qui ⁊ acq̃euit voluntati eiꝰ Aſcen
dit aũt rex aſſyrioꝝ in damaſcuz
⁊ vaſtauit eã ⁊ tranſtulit habita
tores eiꝰ cyrenẽ· raſin aũt interfe
cit· Perrexitq; rex achã in occur
ſuz teglat phalaſſar regi aſſyrio
rũ in damaſcũ· Cũq; vidiſſz altarẽ
damaſci: miſit rex achaz ad vriã
ſacerdotez exemplar eiꝰ ⁊ ſimilitu
dinẽ iuxta omne opꝰ eiꝰ· Extruxit
q; vrias ſacẽdos altare· Iuxta oĩa
que ꝑceꝑat rex achã de damaſco
ita fecit ſacerdos vrias donec vẽi
ret rex acham de damaſco Cunq;
veniſſz rex de damaſco vidit alta
re ⁊ veneꝛatꝰ ẽ illd· aſcẽditq; ⁊ ymo
lauit holocauſta ⁊ ſacrifitiũ ſuũ ⁊
libauit libamĩa ⁊ fudit ſãguinez
pacificoꝝ q̃ obtulerat ſup altare·
porro altarẽ ereũ qd erat corã dño
trãſtulit de fatie tẽpli ⁊ de loco alta
ris ⁊ de loco tẽpli dñi· poſuitq; illd
ex latere altaris ad aq̃lonez· Pre
cepitq; rex achã vrie ſacerdoti di
cens· Sup altare maius offer ho
locauſtũ matutinũ ⁊ ſacrifitiũ ve
ſptinũ ⁊ holocauſtũ regis ⁊ ſacrifi
tiũ eiꝰ ⁊ holocauſtũ vniuerſi ppli
terre ⁊ ſacrifitia eoruz ⁊ libamina
eoꝝ ⁊ oẽm ſanguinez holocauſti
⁊ vniuerſũ ſanguinẽ victime ſup
illud effundes· Altarẽ vero ereũ erit
paratũ ad voluntatẽ meã· Fecit igit
vrias ſacerdos iuxta oĩa que ꝑce
ꝑat rex achã Tulit aũt rex achã
celatas baſes ⁊ luterẽ qui erat de
ſup ⁊ mare depoſuit de bobꝰ ereis
q̃ ſuſtentabant illud ⁊ poſuit ſup
pauimẽtũ ſtratũ lapide· Muſach
q̃q; ſabbati qd edificauerat i tem
plo ⁊ ingreſſum regis exterius cõ
uertit in tẽplũ dñi ꝑpt regẽ aſſyri

oꝝ· Reliqua aũt verboꝝ achaz ⁊
oĩa que fecit: nõne hec ſcripta ſũt
i libro ſermonũ dieꝝ regũ iuda?
Dormiuitq; achã cuz prĩbꝰ ſuis ⁊
ſepultus ẽ cũ eis i ciuitate dauid
⁊ regnauit ezechias filiꝰ eiꝰ ꝑ eo·

Anno duodecĩo Ca· xvij·
acham regis iuda regnauit
oſee filiꝰ hela in ſamaria ſup iſrł
nouẽ annis· fecitq; malũ corã do
mino· ſ; nõ ſicut reges iſrł qui añ
eũ fuerũt· Cõtra hunc aſcendit ſal
manaſar rex aſſyrioꝝ ⁊ factꝰ ẽ ei
oſee ſeruus· reddebatq; illi tribu
ta· Cunq; deꝑhendiſſz rex aſſyrio
rũ oſee q; rebellare nitens miſiſſet
nũtios ad ſua regẽ egipti ne pſta
ret tributa regi aſſyrioꝝ ſicut ſin
gulꝭ ãnis ſolitus erat obſedit eũ
⁊ vinctuz miſit in carcerẽ· ꝑuaga
tuſq; ẽ oẽz terrã ⁊ aſcendẽs ſama
riã obſedit eaz tribꝰ ãnis· Anno
aũt nono oſee cepit rex aſſyrioꝝ
ſamariã ⁊ trãſtulit iſrł i aſſyrios
poſuitq; eos in haylã ⁊ i abor iux̃
fluuiũ gozã in ciuitatibꝰ medoꝝ·
Factũ ẽ eñ cuz peccaſſent filij iſrł
dño deo ſuo q̃ eduxerat eos de ter
ra egipti de manu pharaõis regis
egipti: coluerũt deos alienos ⁊ am
bulauerũt iux̃ ritũ gentiũ q̃s cõſũ
pſerat dñs in cõſpectu filioꝝ iſrł ⁊
regũ iſrł· q; ſimilit fecerãt· Et irri
tauerũt filij iſrł verb nõ rectis dñm
deũ ſuũ ⁊ edificauerũt ſibi excelſa
in cũctis vrbibꝰ ſuis a turre cuſto
dum vſq; ad ciuitatẽ munitaz Fe
cerũtq; ſibi ſtatuas ⁊ lucos i oĩ col
le ſublimi ⁊ ſubtꝰ oẽ lignuz nemo
roſum ⁊ adolebãt ibi incenſũ ſup
aras in morem gẽtium quas trã
ſtulerat dominus a fatie eorum·

Fecerūtqꝫ verba peſſima irritātes
dn̄m et coluerūt immūdicias de q̄
bꝰ p̄cepit eis dn̄s ne facerēt ver
bū hoc. Et teſtificatus ē dn̄s in iſ
rahel ⁊ ī iuda ꝑ manū oīm ꝓphe
tarū ⁊ videntiū dicēs. Reūtimi a vijs
vr̄is peſſimis et cuſtodite p̄cepta
mea et cerimonias iuxta oēm le
gē quā p̄cepi patribꝰ veſtris ⁊ ſicut
miſi ad vos in manu ſeruoꝝ me
oꝝ ꝓphetarū. Qui nō audierūt ſed
indurauerūt ceruicem ſuam iuxta
ceruicē patrū ſuoꝝ qui noluerūt obe
diē dn̄o deo ſuo. Et abiecerūt legit
tima eiꝰ et pactū qḋ pepigit cum
patribꝰ eoꝝ ⁊ teſtificatōnes quibꝰ
ↄteſtatus ē eos. ſecutiqꝫ ſūt vani
tates ⁊ vane egerūt et ſecuti ſunt
gētes que erāt ꝑ circuitū eoꝝ ſu
ꝑ quibꝰ p̄ceperat dn̄s eis vt nō face
rēt ſicut ⁊ ille faciebāt. Et dereliq̄ue
rūt oīa p̄cepta dn̄i dei ſui. fecerūtqꝫ
ſibi ↄflatiles duos vitulos ⁊ lucos
⁊ adorauerūt vniuerſā miliciā celi
Seruierūtqꝫ baal ⁊ conſecrauerūt
filios ſuos et filias ſuas per ignē.
Et diuinatōni inſeruiebant ⁊ au
gurijs et tradiderūt ſe vt facerent
malū coram domino ⁊ irritarent
eū. Iratuſqꝫ ē dn̄s vehement iſra
heli et abſtulit eos a ↄſpectu ſuo et
nō remanſit niſi tribꝰ iuda tantūmō
Sed nec ipē iuda cuſtodiuit mā
data dn̄i dei ſui. verumtamen am
bulauit ī erroribꝰ iſrl̄ quos opatus
fuerat. Proiecitqꝫ dn̄s oē ſemen
iſrl̄ ⁊ afflixit eos et tradidit eos
in manu diripientiū donec ꝓiicerēt
eos a facie ſua. ex eo iā tēpore quo ſciſ
ſus ē iſrl̄ a domo dauid ⁊ ↄſtitu
erūt ſibi regē ierobo am filiū na
bath Separauit enim ierobo az

iſrl̄ a dn̄o et peccare eos fecit pec
catū magnū. Et ambulauerūt filij
iſrl̄ in vniuerſis peccatis ierobo az
q̄ fecerat et nō receſſerūt ab eis vſqꝫ
quo dn̄s auferret iſrl̄ a facie ſua
ſicut locutus fuerat ī manu oīm ſer
uoꝝ ſuoꝝ ꝓphetaꝝ. Trāſlatuſqꝫ ē
iſrl̄ de terra ſua ī aſſirios vſqꝫ ī di
em hāc. Adduxit autē rex aſſirio
rū de babilōe ⁊ de chuta ⁊ de aba
iath ⁊ de emath ⁊ de ſefaruaim ⁊
collocauit eos in ciuitatibꝰ ſamarie
ꝓ filijs iſrl̄. Qui poſſiderūt ſamari
am ⁊ habitauerūt in vrbibꝰ eius
Cūqꝫ ibi habitare cepiſſent nō ti
mebāt dn̄m. ⁊ immiſit eis dn̄s le
ones q̄ interficiebāt eos. Nūciatū
qꝫ ē regi aſſirioꝝ ⁊ dictū. Gentes
q̄s trāſtuliſti ⁊ habitare feciſti in ci
uitatibꝰ ſamarie ignorāt legittia
dei terre ⁊ immiſit ī eos dn̄s leones
⁊ ecce interficiūt eos eo q̄ ignorēt
ritū dei terre Precepit autē rex aſſi
rioꝝ dicēs. Ducite illuc vnū de ſa
cerdotibꝰ quos inde captiuos addux
iſtis vt vadat ⁊ habitet cum eis
et doceat eos legittima dei terre. I
gitur cū veniſſet vnus de ſacerdotibꝰ
hijs q̄ captiui ducti fuerant de ſa
maria habitauit ī bethel ⁊ docebat
eos quō colerēt dn̄m. Et vnaq̄qꝫ
gens fabricata ē deū ſuū. Poſue
runtqꝫ eos in fanis excelſis q̄ fece
rāt ſamarite gēs ⁊ gens in vrbi
bus ſuis in quibꝰ habitabāt. Vi
ri enī babilonij fecerūt ſochot be
noth. viri autē chuthei fecerūt
nergel: et viri de emath fecerunt
aſima Porro euei fecerūt uabaam
⁊ thachā Hij autē q̄ erāt de ſefar
uaim cōburebant filios ſuos igni
adramelech et anamelech dijs

ſe factu aiūt et nihilominꝰ colebāt
dn̄m. Fecerūt āt ſibi de nouiſſimis
ſacerdotes excelſoꝝ ⁊ ponebāt eos
in fanis ſublimibꝫ. Et cū dn̄m cole-
rent dijs q̄ꝫ ſuis ſeruiebāt iuxta cō-
ſuetudinē gētiū de qͥbꝫ trāſlati
fuerāt ſamariā. Vſq₃ in p̄ntē diē
morē ſequūtur ātiquū. Nō timēt
dn̄m neq₃ cuſtodiūt cerimonias
eiꝰ atq₃ iudicia ⁊ legē ⁊ mādatū
qđ p̄cepat dn̄s filijs iacob quē
cognominauit iſrl̄ ⁊ percuſſerāt cū
eis pactū ⁊ mādauerat eis dicēs
Nolite timē deos alienos ⁊ n̄ ado-
retis eos neq₃ colatis eos ⁊ non
ymoletis eis. ſꝫ dn̄m deū vr̄m quí
eduxit vos de terra egipti in forti-
tudine magna ⁊ in brachio extē-
to ip̄ſū timete ⁊ illū adorate ⁊ ipſi
ymolate Cerimonias q̄ꝫ ⁊ iuditia
⁊ legem ⁊ mādatū qđ ſcripſit vo-
bis cuſtodite vt faciatis cūctis di-
ebus ⁊ nō timeatis deos alienos
Et pactū qđ percuſſit vobiſcū noli-
te obliuiſci nec colatis deos alie-
nos ſed dn̄m deum vr̄m timete et
ipſe eruet vos de manu oīm inimi-
coꝝ vr̄oꝝ. Illi vero nō audierunt
ſꝫ iuxta cōſuetudinē ſuā priſtinā p-
petrabāt. Fuerūt igit̄ gētes iſte
timētes quidem dn̄m ſꝫ nihilominꝰ
⁊ ydolis ſuis ſeruiētes. Nā filij eo-
rū ⁊ nepotes ſic fecerūt p̄res ſui ita
faciūt vſq₃ i p̄ntē diē. Ca. xviij.

ANno tercio oſee filij hela regis
iſrahel regnauit ezechias fi-
lius achaz regis iuda Viginti q̄n-
q₃ annorū erat cū regnare cepiſſet
⁊ viginti noue ānis regnauit i ihe-
ruſalē. Nomē mr̄is eiꝰ abiſa filia
zacharie. Fecitq₃ qđ erat bonū co-
rā dn̄o iuxta oīa q̄ fecerat dđ pr̄
eiꝰ. Ipſe diſſipauit excelſa ⁊ cōtri-
uit ſtatuas ⁊ ſuccidit lucus cōfre-
gitq₃ ſerpētē eneū quē fecerat mo-
yſes Siquidē vſq₃ ad illud tēpus
filij iſrahel adolebāt ei incenſum.
Vocauitq₃ nomē eiꝰ neheſtā. Et
in dn̄o deo iſrl̄ ſperauit. Itaq₃ poſt
eū nō fuit ſimilis ei de cūctis regi-
bus iuda ſꝫ neq₃ in hijs q̄ ante eū
fuerūt ⁊ adheſit dn̄o ⁊ nō receſſit
a veſtigijs eiꝰ. fecitq₃ mādata eiꝰ
q̄ preceperat dn̄s moyſi. vn̄ et erat
dn̄s cū eo ⁊ in cūctis ad que p̄ce-
debat ſapienter ſe agebat. Rebel-
lauitq₃ cōtra regē aſſirioꝝ ⁊ non
ſeruiuit ei. Ipſe percuſſit philiſteos
vſq₃ ad gazā ⁊ omnes terminos
eorū a turre cuſtodū vſq₃ ad ciui-
tatē munitā. Anno quarto regis
ezechie qui erat ānꝰ ſeptimꝰ oſee
filij hela regis iſrahel aſcēdit ſal-
manaſar rex aſſirioꝝ ſamariam
⁊ oppugnauit eā ⁊ cepit. Nā poſt
ānos tres āno ſexto ezechie id eſt
nono āno oſee regis iſrl̄ capta ē
ſamaria ⁊ trāſtulit rex aſſiriorū
iſrl̄ in aſſirios. collocauitq₃ eos
in ahyla ⁊ in abor fluuijs gozan
in ciuitatibꝰ medoꝝ q̄ n̄ audierūt
vocē dn̄i dei ſui ſed p̄tergreſſi ſunt
pactū eiꝰ. Oīa que preceperat moy-
ſes ſeruus dn̄i nō audierūt neq₃
fecerūt. Anno quarto decīo regis
ezechie aſcēdit ſenacherib rex aſ-
ſirioꝝ ad vniuerſas ciuitates iuda
munitas ⁊ cepit eas. Tunc miſit
ezechias rex iuda nuncios ad re-
gē aſſiriorū in lachis dicēs. Pec-
caui. Recede a me ⁊ oē qđ impoſu-
eris mihi feram. Indixit itaq₃ rex
aſſirioꝝ ezechie regi iude trecēta
talēta argēti ⁊ triginta talēta auri

Deditq; ezechias omne argentū
qđ repertū fuerat in domo dn̄i et
in thesauris regis In tp̄e illo con
fregit ezechias valuas tēpli dn̄i
et laminas auri quas ip̄e affixerāt
et dedit eas r̄gi assirioꝝ Misit autē
rex assirioꝝ tharthan et rapsaris
et rapsacē de lachis ad regē ezech
iam cū manu valida ierusalem
Qui cū ascendissent venerūt ihe
rusalem et steterūt iuxta aq̄ductū
piscine supioris q̄ ē in via agri ful
lonis: vocaueruntq; regē. Egressus
ē autē ad eos eliachim fili⁹ elch
ie p̄positus dom⁹ et sobna scriba
et ioahe filius asaph a cōmenta
rijs: dixitq; ad eos rapsaces. Lo
q̄mini ezechie. Hec dicit rex mag
nus rex assirioꝝ Que est ista fidu
cia qua niteris. Forsitan inisti cō
siliū vt p̄pares te ad p̄liū In quo
confidis vt audeas rebellare. An
speras i baculo arūdineo atq; cō
fracto egipto. Sup quē si icubu
erit hō: cōminutus igredietr̄ manū
eius et pforabit eā. Sic ē pharao
rex egipti omib⁹ qui cōfidūt in sē
Qđ si dixeritis m̄ in dn̄o deo n̄ro
habemus fiduciā: nonne iste est
cuius abstulit ezechias excelsa et
altaria et p̄cepit iude et ierusalē
an̄ altare hoc adorabitis i ih'rl'm.
Nunc igit̄ trāsite ad dn̄m meū re
gē assirioꝝ et dabo vobis duo mi
lia equorū et videte an habere va
leatis ascensores eorū. Et quō po
testis resistē ante vnū satrapam
de seruis dn̄i mei minimis. An fi
duciā habes in egipto ꝓpt̄ currus
et eq̄tes. Nūquid sine dn̄i volun
tate ascendi ad locū istū vt demo
lirer eū. Dn̄s dixit mihi. Ascende

ad terrā hanc et demolire eam. Di
xerūt autē eliachim fili⁹ elchie et
sobna scriba et ioahe rapsaci. Pre
camur vt loquaris nobis seruis
tuis syriace. siquidem intelligim⁹
hāc linguā et nō loquaris nobis
iudaice audiente populo qui est
sup murū. Rn̄ditq; eis rapsaces
dicēs. Nūquid ad dn̄m tuū et ad
te misit me dn̄s me⁹ vt loquerer
sermones hos et non potius ad vi
ros q̄ sedent sup murum vt come
dant stercora sua et bibāt vrinā
suam vobiscū. Stetit itaq; rapsa
ces et exclamauit voce mag̃ iuda
ice et ait. Audite verba r̄gis mag
ni: regis assiriorum. Hec dicit rex.
Non vos seducat ezechias. Non
eīn poterit eruere vos de māu mea
neq; fiduciā vobis tribuat super
dn̄m dicēs. Eruens liberabit nos
dn̄s et nō tradet̄ ciuitas hec in ma
nu regis assiriorū. Nolite audire
ezechiam. Hec eīn dicit rex assiri
orū. Facite mecū qđ vobis ē vtile
et egredimini ad me. Et comedet
vnusquisq; de vinea sua et de ficu
sua et bibetis aquas de cisternis
vr̄is: donec veniā et trāsferam vos
in terrā q̄ similis ē terre vr̄e. in ter
rā fructiferā et fertilem vini. terrā
panis et vinearū. terrā oliuarū et
olei ac mellis et viuetis et non mo
riemini. Nolite audire ezechiam
qui vos decipit dicens. Dominus
liberabit nos. Nunquid liberaue
rūt dij gentium terrā suā de māu
regis assirioꝝ. Vbi ē de⁹ emath
et arphat. Vbi ē deus sepharua
im ana et aua. Nūquid liberauerūt
samariā de manu mea. Qui nam
illi sūt in vniūsis dijs terraꝝ qui

eruerīt regionē ſuā de manu mea
ut poſſit eruē dn̄s ihr̄lm de māu
mea. Tacuit itaq; popul⁹ ⁊ non
r̄ndit ei quicq̄ꝫ. Siq̄dē preceptū re
gis acceperāt ut nō r̄nderēt ei Ve
nitq; eliachim fili⁹ helchie prepo
ſitus dom⁹ ⁊ ſobna ſcriba et ioa
he fili⁹ aſapha a ꝯmētarijs ad e
zechiā ſciſſis veſtibus ⁊ nūtiaue
rūt ei v̄ba rapſacis. ¶ Ca. xix.

Que cū audiſſꝫ ezechias rex
ſcidit veſtimēta ſua et oper
t⁹ ē ſacco. ingreſſuſq; ē domū do
mini ⁊ miſit eliachim p̄poſitū do
mus ⁊ ſobnā ſcribā ⁊ ſenes de ſa
cerdotib⁹ optos ſaccis ad yſaiaꝫ
prophetā filiū amos. Qui dixerūt.
Hec dicit ezechias dies t̄bulati
onis ⁊ increpationis et blaſphe
mie dies iſte Venerīt filij vſq; ad
partū ⁊ vires nō habet parturiēs
Si forte audiat dn̄s deus tu⁹ vni
uerſa verba rapſacis quē miſit rex
aſſyrioꝝ dn̄s ſu⁹ ut exprobraret
eū viuentē ⁊ argueret v̄bis q̄ au
diuit dn̄s de⁹ tuus ⁊ fac oracōeꝫ
ꝓ reliquijs q̄ reperte ſūt. Venerūt
ergo ſerui regis ezechie ad yſaiā dixit
q; eis yſaias. Hec dicetis dn̄o ve
ſtro. Hec dicit dn̄s. Noli timere a
facie ſermonū quos audiſti q̄b⁹
blaſphemauerīt pueri regis aſſy
rioꝝ me. Ecce ego immittā ei ſpm̄
⁊ audiet nūtiū ⁊ reuertet᷑ in terrā
ſuā et deiciā eum gladio in terra
ſua. Reuerſus ē ergo rapſaces et
inuenit regē aſſyrioꝝ expugnātē
lobnā. Audierat enī ꝙ receſſiſſet
de lachis. Cūq; audiſſꝫ de thara
cha rege ethiopie dicentes ecce
egreſſus eſt ut pugnet adūſum
te ⁊ iret ꝯtra eū miſit nuncios ad

ezechiā dicēs. Hec dicite ezechie
regi iuda. Nō te ſeducat de⁹ tuus
in q̄ habes fiduciā neq; dicas nō
tradet᷑ ihr̄lm i manus regis aſſy
rioꝝ. Tu enī ipe audiſti q̄ fecerūt
reges aſſyrioꝝ vniūſ terris quō
vaſtauerūt eas. Nū ergo ſolus
poteris liberari. Nunq̄d liberauerīt
dij gētiū ſingulos q̄s vaſtauerīt
p̄res mei gozan videlicet ⁊ arā et
reſeph ⁊ filios eden q̄ erāt i thelaſ
ſar. Vbi ē rex emath ⁊ rex arfat
⁊ rex ciuitatis ſepharuaim ana et
aua. Itaq; cū accepiſſꝫ ezechias
lr̄as de maū nūtioꝝ ⁊ legiſſet eas
aſcēdit i domū dn̄i ⁊ expādit eas
corā dn̄o ⁊ orauit i ꝯſpectu ei⁹ di
cēs Dn̄e de⁹ iſr̄l q̄ſedes ſup cheru
bin tu es de⁹ ſol⁹ regū oīm t̄re tu
feciſti celū ⁊ t̄rā Inclina aurē tuā ⁊
audi Aperi dn̄e oculos tuos ⁊ vi
de ⁊ audi oīa verba ſēnacherib q̄
miſit ut exprobrēret nob̄ deū viuē
tē. Vere dn̄e diſſipauerūt reges
aſſyrioꝝ gētes ⁊ terras oīm ⁊ mi
ſerīt deos eoꝝ in ignē. Nō ei erant
dij ſ; opa manuū hoīm ex ligno
⁊ lapide ⁊ ꝑdiderūt eos. Nunc igit᷑
dn̄e de⁹ nr̄ ſaluos nos fac de māu
eoꝝ ut ſciāt oīa regna terre ꝙ tu
es dn̄s de⁹ ſol⁹ Miſit āt yſaias fi
li⁹ amos ad ezechiā dicens. Hec
dicit domin⁹ deus iſrahel Que dep̄
catus es me ſuper ſennacherib re
ge aſſyrioꝝ audiui. Iſte eſt ſer
mo quē locutus eſt domin⁹ de eo
Spreuit te et ſubſannauit te vir
go filia ſyon poſt terguꝫ tuum ca
put mouit filia iheruſalē. Cui ex
probraſti ⁊ quā blaſphemaſti.
Cōtra quē exaltaſti vocem tuam
⁊ eleuaſti in excelſū oculos tuos.

Cōtra sanctū israhel. Per manū
seruorꝝ tuorꝝ exprobrasti dn̄o ⁊
dixisti. In multitudine curruū me
orū ascēdi excelsa montiū in sūmi
tate libani et succidi sublimas ce
dros eius ⁊ electas abietes illius
Et ingressus sū vsqꝫ ad t'minos ei⁹
⁊ saltū carmeli ei⁹ ego succidi. Et
bibi aquas alienas ⁊ siccaui vesti
gijs pedū meorꝝ omnes aq̄s clau
sas. Nunq̄d nō audisti quid ab
inicio fecerim. Ex dieb⁹ antiquis
plasmaui illud ⁊ nūc adduxi. Erit
qꝫ in ruinā colliū cōpugnātiū ci
uitates munite ⁊ qui sedent in eis
humiles manu. Contremuerūt ⁊
cōfusi sūt facti sūt velut fenū agri
⁊ virens herba tectorꝝ q̄ arefacta
est anteq̄ veniret ad maturitatē.
Habitaculū tuū ⁊ egressum tuū ⁊
introitū tuū ⁊ viā tuā ego p̄sciui
⁊ furorē tuū contra me. Insanisti
in me ⁊ sup̄bia tua ascendit in au
res meas Ponā itaqꝫ circulum in
narib⁹ tuis ⁊ chamū in labijs tu
is ⁊ reducā te in viā p quā venisti
Tibi autē ezechia hoc erit signū
Comede hoc anno que reppereris:
in scd̄o aūt anno q̄ spōte nascunt'
Porro in anno tertio seminate et
metite. plantate vineas ⁊ cōmedi
te fructū earꝫ. Et q̄d cūqꝫ reliquū
fuerit de domo iuda mittet radicē
deorsū ⁊ faciet fructū sursū. De ihe
rusalē q̄ppe egredient' reliquie ⁊
q̄d saluet' de monte syon. Zelus
dn̄i exercituū faciet hoc. Quā ob
rem hec dicit dn̄s de rege assiriorꝝ
Nō ingrediet' vrbē hanc nec mit
tet i eā sagittā nec occupabit eā
clipeus nec circūdabit eā municō
Per viā q̄ venit reuertet' ⁊ ciuitatē
hāc nō ingrediet' dicit dn̄s: ꝓte
gamqꝫ vrbem hāc ⁊ saluabo eam
ꝓpter me ⁊ ꝓpt' dauid seruū meū
Factū ē igit' in nocte illa venit an
gelus dn̄i ⁊ pcussit in castris assi
riorꝝ centūoctogintaquinqꝫ milia.
Cūqꝫ diluculo surrexissꝫ vidit oīa
corpa mortuorꝝ ⁊ recedens abijt
Et reu'sus ē sennacherib rex assyri
orū ⁊ mansit in niniue. Cūqꝫ ado
raret i tēplo nesrach deū suū adra
melech ⁊ sarasar fili⁹ eius pcusse
rūt eū gladio: fugerūtqꝫ in terrā
armeniorꝝ ⁊ regnāuit asaraddon fi
lius eius p eo. ¶ Ca. xx.

In diebus ill' egrotauit ezechias
vsqꝫ ad mortem ⁊ venit ad eū ysa
ias fili⁹ amos ꝓphetes: dixitqꝫ ei.
Hec dicit dn̄s de⁹. Precipe domui
tue. Morieris em̄ tu ⁊ non viues.
Qui cōuertit faciē suā ad parietē
⁊ orauit dn̄m dicēs. Obsecro dn̄e
memēto queso quō ambulauerim
corā te in veritate ⁊ in corde pfecto
⁊ q̄d placitum est corā te fecerim
Fleuit itaqꝫ ezechias fletu mag
no. Et anteq̄ egrederetur ysaias
mediam ptem atrij. fact⁹ ē sermo
dn̄i ad eū dicēs. Reuertere ⁊ dic
ezechie duci populi mei. Hec dic
dn̄s deus dauid p̄ris tui. Audiui
oratōem tuā: vidi lacrimā tuam
et ecce sanaui te. Die tertio ascen
des templū dn̄i ⁊ addam dieb⁹
tuis q̄ndecī annos. Sed ⁊ de mānu
regis assiriorꝝ liberabo te ⁊ ciuitatē
hanc. et ptegā vrbem istam ꝓpter
me ⁊ ꝓpter dauid seruū meū. Dix
itqꝫ ysaias. Afferte massā ficorꝝ
Quā cū attulissēt ⁊ posuissent su
per vlcus eius: curat⁹ est. Dixerat
autē ezechias ad ysaiam. Quod

erit ſignū q dn̄s me ſanauit ⁊ q
aſcēſurus ſū die tertia tēplū dn̄i.
Cui ait yſaias. Hoc erit ſignū a
dn̄o q facturus ſit dn̄s ſermonē
quē locut⁹ ē. Vis ut aſcēdat vm
bra decē lineis aut ut reuertat̄ toti
dē gradib⁹. Et ait ezechias. Fa
cile ē vmbrā creſcere decē lineis.
Nec hoc volo ut fiat. ſ; ut reuerta
tur retrorſū decem gradib⁹. Inuo
cauit itaq yſaias pp̄ha dn̄m ⁊ re
duxit vmbrā p lineas quib⁹ iā
deſcenderat in horologio achaz re
trorſū decem gradib⁹. In tēpe illo
miſit merodach baladā fili⁹ ba
ladan rex babiloniorū lr̄as ⁊ mu
nera ad ezechiā. Audierat eñ q
egrotaſſet ezechias. Letat⁹ ē au
tē in aduētu eorū ezechias ⁊ oſtē
dit eis domū aromatū ⁊ auri ⁊ ar
gentū ⁊ pigmēta varia. vngenta
q ⁊ domū vaſorū ſuorū ⁊ oīa que
habere poterat in theſauris ſuis.
Nō fuit qđ non monſtraret eis eze
chias in domo ſua ⁊ in oī poteſta
te ſua. Venit aūt yſaias pp̄ha ad
regē ezechiā. dixitq ei. Quid dixe
rūt viri iſti. aut vñ venerunt ad
te. Cui ait ezechias. De terra lon
ginq̄ venerūt ad me de babilone
At ille rn̄dit. Quid viderunt in do
mo tua. Ait ezechias. Oīa quecū
q ſunt i domo mea viderūt. Nichil
ē eñ qđ nō mōſtrauerim eis i the
ſauris meis. Dixit itaq yſaias eze
chie. Audi ſermonē dn̄i. Ecce dies
venient et auferent̄ oīa q̄ ſūt in do
mo tua ⁊ q̄ condiderūt p̄res tui vſq
in diē hanc in babilonē. Nō rema
nebit q̄cq̄ ait dn̄s. Sed et de filiis
tuis q̄ egredient̄ ex te q̄s gn̄abis
tollent̄ ⁊ erūt eunuchi i palatio
regis babilonis. Dixit ezechias
ad yſaiā. Bon⁹ ſermo dn̄i quem
locutus eſt. Sit tm̄ pax ⁊ veritas
in dieb⁹ meis. Reliq̄ autē ſermo
nū ezechie ⁊ oīs fortitudo ei⁹ ⁊ q̄
modo fecerit piſcinā ⁊ aqueductū
⁊ introduxerit aq̄s in ciuitatē. nō
ne hec ſcripta ſūt i libro ſermonū
dierū regū iuda. Dormiuitq eze
chias cū patrib⁹ ſuis ⁊ regnauit
manaſſes fili⁹ ei⁹ p eo. Ca. xxi.

Duodecī annorū erat manaſ
ſes cū regnare cepiſſet ⁊ qui
quaginta q̄nq annis regnauit in
ihr̄l'm. Nomē matris ei⁹ aphſiba
Fecitq malū in cōſpectu dn̄i iuxta
ydola gentiū q̄s deleuit dn̄s a fa
cie filiorū iſrl'. Cōuerſuſq ē ⁊ edi
ficauit excelſa q̄ diſſipauerat eze
chias pat ei⁹ ⁊ erexit aras baal
⁊ fecit lucos ſicut fecerat achab
rex iſrl'. ⁊ adorauit oēm militiā ce
li ⁊ coluit eā. Extruxitq aras i do
mo dn̄i de q̄ dixit dn̄s in ihr̄l'm po
nā nomē meū et extruxit altaria
vniuſe militie celi i duob⁹ atriis
tēpli dn̄i. Et traduxit filiū ſuū per
ignē ⁊ ariolatus ē ⁊ obſeruauit
auguria ⁊ fecit phitones et aru
ſpices multiplicauit ut faceret ma
lū corā dn̄o ⁊ irritaret eū. Poſuit
q ydolū luci quē fecerat in tēplo
dn̄i ſup quo locutus ē dn̄s ad da
uid ⁊ ad ſalomonē filiū eius. In
tēplo hoc et in ihr̄l'm quam elegi
de cūctis tribubus iſrahel ponam
nomē meū in ſempiternū ⁊ vltra
non faciam cōmoueri pedem iſra
hel de terra quā dedi patrib⁹ eorū
ſi cuſtodierint ope oīa que p̄cepi
eis ⁊ vniuerſā legem quam mā
dauit eis ſeruus meus moyſes.

Jlli vero non audierūt· ſʒ ſeducti
ſūt a manaſſe vt facerent malum
ſup gentes q̄s ↄtriuit dn̄s a facie
filiorū iſrl̄· Locutuſq; ē dn̄s i ma
nu ſeruoꝝ ſuoꝝ ꝓphetaꝝ dicens.
Quia fecit manaſſes rex iuda ab
hōminacōnes iſtas peſſimas ſuper
omia q̄ fecerūt amorrei ante eū; ⁊
peccare fecit etiā iudā in immūdi
cijs ſuis: ꝓpterea hec dicit dn̄s de⁹
iſrahel· Ecce ego inducā mala ſup
iherusalē; ⁊ iudā, ⁊ quicūq; audi
erit tinniant ambe aures eius· Et
extendā ſup ihrl̄ʒ funiculū ſama
rie ⁊ pondus domus achab. ⁊ de
lebo iheruſalē ſicut deleri ſolent ta
bule· Delens vertā; ⁊ ducā crebri
us ſtilū ſup faciē eius· Dimittam
vero reliquias hereditatis mee ⁊
trdā eas in manus inimicoꝝ ei⁹.
erūtq; in vaſtitatē; ⁊ in rapinā cū
ctis aduſarijs ſuis: eo ꝙ fecerint
malū corā me ⁊ pſeuerauerūt irri
tantes me ex die q̄ egreſſi ſūt pa
tres eoꝝ ex egipto vſq; ad hanc
diē· Jnſup ⁊ ſanguinē innoxium
fudit manaſſes multū nimis do
nec impleret iheruſalem vſq; ad
os abſq; pctīs ſuis quib⁹ peccare
fecit iudā; vt faceret malū coram
dn̄o. Reliqua autē; ſermonū ma
naſſe ⁊ vniūſa q̄ fec̄ ⁊ peccatū ei⁹
q̄d peccauit: nōne hec ſcripta ſūt i
libro ſmonū dieꝝ rēgū iuda.ᶜ Dor
miuitq; manaſſes cū prīb⁹ ſuis
⁊ ſepultus ē in orto domus ſue in
orto ozam ⁊ regnauit amon fili⁹ ei⁹
p eo. Vigintiduoꝝ annoꝝ erat
amon cū regnare cepiſſ;: duobuſq;
annis regnauit in iheruſalē;· No
men mrīs ei⁹ meſſallemeth filia
arus de ietheba· Fecitq; malū in
ↄſpcū dn̄i ſicut fecerat manaſſes
prī eius, ⁊ ambulauit in omni via
p quā ambulauerat pater eius·
Seruiuitq; immūdicijs quib⁹ ſer
uiebat pater ei⁹, ⁊ adorauit eas ⁊
dereliq̄t dn̄m deū prm̄ ſuorū ⁊ nō
ambulauit i via dn̄i· Tetēderūtq;
ei inſidias ſerui ſui· ⁊ interfecerūt re
gē in domo ſua· Percuſſit āt ppl̄s
terre omēs q̄ cōiurauerāt ↄtra re
gē amon, ⁊ ↄſtituerūt ſibi regē io
ſiam filiū; ei⁹ p eo· Reliq̄ āt ſmo
nū amon q̄ fecit: nonne hec ſcrip
ta ſūt in libro ſermonū dieꝝ regū
iuda.ᶜ Sepelierūtq; eū i ſepulchro
ſuo in orto ozam, ⁊ regnauit ioſias
filius eius p eo·

Ca·xxij·

Octo annorū erat ioſias cū re
gnare cepiſſet ⁊ trigitauno
anno regnauit in ihrl̄m· Nomen
mrīs eius ydida filia phadaia de
beſechat· Fecitq; q̄d placitū erat
corā; dn̄o ⁊ ambulauit p omnes
vias dauid prīs ſui· Non declina
uit ad dexterā ſiue ad ſiniſtram·
Anno autē; octauodecīo regis io
ſie miſit rex ſaphan filiū; aſlia fi
lij meſullā ſcribā; tēpli dn̄i: dicēs
ei· Vade ad helchiam ſacerdotem
magnū; vt ↄflet pecunia q̄ illata
ē in templū dn̄i quā collegerūt ia
nitores tēpli a populo: deturq; fa
bris p prepoſitos domus dn̄i. Qui
⁊ diſtribuāt eā hijs q̄ operant in
tēplo dn̄i ad inſtaurāda ſartate
cta tēpli: tignarijs videlicet ⁊ cemē
tarijs ⁊ hijs q̄ interrupta ↄponunt
⁊ vt emant ligna ⁊ lapides de la
picidinis ad inſtaurandū tēplū
dn̄i· Verūtamē non ſupputet eis
argentū; q̄d accipiūt· ſʒ i poteſta
te habeant ⁊ in fide· Dixit autem

helchias pōtifex ad ſaphā ſcribā
Librū legis reppi i domo dñi· De
ditq̧ helchias volumē ſaphā ſcri
be q̄ ⁊ legit illud· Venit q̧ ſaphā
ſcriba ad regē ⁊ renūtiauit ei q̄d
p̄cepat et ait· Cōflauerūt ſerui tui
pecuniā que repta ē in domo dñi
et dederūt vt diſtribueret̄ fabris
ac p̄fectis opm tēpli dñi· Narra
uit q̧ ſaphan ſcriba regi dicens·
Libꝝ dedit m̄ helchias ſacerdos·
Quē cū legiſſet ſaphā corā rege ⁊
audiſſet rex verba libri legis dñi
ſcidit veſtimēta ſua et p̄cepit hel
chie ſac̄doti ⁊ ahichiā filio ſaphā
⁊ achobor filio michā ⁊ ſaphan
ſcribe ⁊ aſaie ſeruo regis dicens·
Ite ⁊ ꝯſulite dñm ſup me ⁊ ſup po
pulo ⁊ ſup ōni iuda de verbꝪ volu
mis iſti⁹ q̄d inuētū ē· Magna em̄
ira dñi ſuccēſa ē ꝯtra nos· qꝛ non
audierūt p̄res noſtri verba libꝪ h⁹
vt facerēt om̄e q̄d ſcriptū eſt no
bis· Ierūt itaq̧ helchias ſacerdos
⁊ ahichā ⁊ achobor ⁊ ſaphan ⁊
aſaia ad oldan ꝓphetē vxorē ſel
lum filij thecue filij aras cuſtodis
veſtiū q̄ habitabat in ihr̄lm i ſe
cūda· locutiq̧ ſūt ad eā· Et illa re
ſpondit eis· Hec dicit dñs deus iſ
rahel Dicite viro qui miſit vos ad
me· Hec dicit dñs· Ecce ego ad
ducā mala ſup locū iſtū ⁊ ſup ha
bitatores ei⁹ ōmia verba legis q̄
legit rex iuda· qꝛ dereliquerūt me
⁊ ſacrificauerūt dijs alienis irritā
tes me i cūctis opibꝫ manuū ſua
rū· Et ſuccēdet̄ idignacō mea in lo
co hoc ⁊ nō extinguet̄· Regi autē
iuda qui miſit vos vt ꝯſuleretis
dñm ſic dicetis· Hec dicit domin⁹
de⁹ iſrahel· Pro eo qꝙ audiſti ver
ba voluminis ⁊ perterritū eſt cor
tuū ⁊ humiliatus es coram dño
Auditis ſermonib⁹ cōtra locū iſ
tū ⁊ h̄itatores eius qꝙ videlicet fie
rent i ſtuporē ⁊ in maledictū ⁊ ſci
diſti veſtimēta tua ⁊ fleuiſti corā
me ⁊ ego audiui ait dñs· idcirco
colligā te ad p̄res tuos et collige
ris ad ſepulchꝝ tuū i pace ut nō
videant oculi tui oia mala q̄ itro
ducturus ſum ſup locum iſtum·

Et renuntiaue  Ca· xxiij·
rūt regi q̄d dixerat· Qui mi
ſit ⁊ congregati ſunt ad eum om
nes ſenes iuda ⁊ iheruſalē Aſcē
ditq̧ rex templū domini ⁊ ōnes
viri iuda vniuerſiq̧ qui habita
bant in ihr̄lm cū eo ſacerdotes ⁊
ꝓphe ⁊ ois ꝑplus a puo vſq̧ ad
magnū legitq̧ cūctis audiētib⁹
oia verba libri federis q̄ inuētus
ē i domo dñi· Stetit q̧ rex ſup grā
dū ⁊ fed⁹ pcuſſit corā dño ut am
bularent poſt dñm ⁊ cuſtodirēt
p̄cepta ei⁹ ⁊ teſtimonia ⁊ cerimo
nias in omni corde et in tota aīa
et ſuſcitarēt verba federis huius
que ſcripta erant in libro illo· Ac
quieuit q̧ populus pacto· Et p̄ce
pit rex helchie pontifici ⁊ ſacerdo
tib⁹ ſecundi ordinis ⁊ ianitorib⁹
ut picerent de templo dñi omnia
vaſa q̄ facta fuerāt baal et i luco
⁊ vniūſe militie celi ⁊ cōbuſſit ea
foris ihr̄lm in ꝯualle cedrō ⁊ tulit
puluerē eoꝝ i bethel· Et delecit au
ruſpices quos poſuerāt reges iu
da ad ſacrificandum i excelſis per
ciuitates iuda et in circuitu iheru
ſalem ⁊ eos qui adolebant incen
ſum baal ⁊ ſoli et lune et duode
cim ſignis et omni militie celi·

Et efferri fecit lucum de domo dñi
foras iheruſalē in cõualle cedrõ
⁊ cõbuſſit eũ ibi ⁊ redegit ĩ pulue
rem ⁊ ꝓiecit ſup ſepulchra vulgi
Deſtruxitqꝫ edículas effeminato
rũ q̃ erãt in domo dñi: ꝑ quibus
mulieres texebãt q̃ſi domũculas
luci. Congregauitqꝫ omnes ſacer
dotes de ciuitatib⁹ iuda ⁊ ꝯtamina
uit excelſa vbi ſacrificabãt ſacer
dotes de gabaa vſqꝫ berſabee. Et
deſtruxit aras portarũ in introitu
oſtij ioſie pñcipis ciuitatis. qđ erat
ad ſiniſtrā porte ciuitatis. Verũ
tamen nõ aſcendebãt ſacerdotes
excelſoꝝ ad altare dñi in iheruſa
lē. ſꝫ tm̃ ꝯmedebant azima in me
dio fratꝝ ſuoꝝ. Cõtaminauitqꝫ
topheth qđ ẽ in cõualle filij ennon.
vt nemo ꝯſecraret filiũ ſuũ aut fi
liã ꝑ ignem moloch. Abſtulitqꝫ
equos quos dederant reges iude
ſoli in introitu tẽpli dñi iuxta exe
drã natamelech eunuchi. q̃ erat
in pharurim. currus aũt ſolis cõ
buſſit igni. Altariaqꝫ q̃ erãt ſuper
tecta cenaculi achaz q̃ fecerant re
ges iuda ⁊ altaria que fecerãt ma
naſſes ĩ duobus atrijs tẽpli dñi
deſtruxit rex ⁊ cucurrit inde ⁊ diſꝑ
ſit cinerē eoꝝ in torrentẽ cedron
Excelſaqꝫ que erãt ĩ ihr̃lm ad dex
trã partẽ montis offenſiõis que
edificauerat ſalomõ rex iſrl̃ aſta
roth ydolo ſydonioꝝ ⁊ chamos
offenſiõi moab ⁊ melchon abho
minacõi filioꝝ ãmon. polluit rex
⁊ ꝯtriuit ſtatuas ⁊ ſuccidit lucos
repleuitqꝫ loca eoꝝ oſſib⁹ mortu
oꝝ. Inſuper ⁊ altare qđ erat in be
thel ⁊ excelſũ qđ fecerat ierobo ã
filius nabath q̃ peccare fecit iſrl̃

⁊ altare illđ excelſũ deſtruxit atqꝫ
cõbuſſit ⁊ cõminuit in puluerem
ſuccẽditqꝫ etiã lucũ Et ꝯuerſus io
ſias vidit ibi ſepulchra q̃ erant
in monte: miſitqꝫ ⁊ tulit oſſa de ſe
pulchris ⁊ cõbuſſit ea ſup altare
⁊ polluit illud iuxta verbum dñi
qđ locutus ẽ vir dei q̃ ꝑdixeãt ver
ba hec. Et ait Quis eſt titulus ille
quē video. Rñderũtqꝫ ei ciues vr
bis illi⁹. Sepulchꝝ ẽ hominis dei
q̃ venit de iuda ⁊ ꝑdixit vͣba hec
que feciſti ſup altare bethel Et ait
Dimitte eũ. Nemo ꝯmoueat oſſa
eius Et intacta manſerunt oſſa il
lius cũ oſſib⁹ ꝓphete qui venerat
de ſamaria. Inſup ⁊ omnia fana
excelſoꝝ que erãt in ciuitatib⁹ ſa
marie que fecerãt reges iſrl̃ ad ir
ritandũ dñm abſtulit ioſias ⁊ fe
cit eis ſcđꝫ omĩa q̃ fecerat ĩ bethel
Et occidit vniũſos ſac̃dotes excel
ſoꝝ q̃ erãt ibi ſup altaria ⁊ ꝯbuſ
ſit oſſa humana ſup ea. Reũſuſqꝫ
eſt iheruſalē ⁊ ꝑcepit omni ꝑplo
dicens. Facite phaſe dño deo ve
ſtro: ſcđm qꝫ ſcriptū ẽ in libro fe
deris huius. Nec em̃ factũ ẽ pha
ſe tale a dieb⁹ iudicũ q̃ iudicaue
rũt iſrl̃ ⁊ omniũ dieꝝ regũ iſrahel
⁊ regū iuda ſicut in octauodecĩo
anno regis ioſie factū eſt phaſe
iſtud dño in iheruſalem. Sed ⁊
phitones ⁊ ariolos ⁊ figuãs ydo
loꝝ ⁊ immũditias ⁊ abhominati
ones q̃ fuerũt in terra iuda ⁊ ihe
ruſalem abſtulit ioſias vt ſtatu
eret vͣba legis que ſcripta ſunt in
libro quẽ inuenit helchias ſacer
dos in tẽplo dñi. Similis illi non
enī erat licitū indutū sacco aulā
regis intrare. In omnib9 q̄q; puin
cijs opidis ac locis ad q̄ crudele
regis dogma puenerat: planctus
ingens erat apd iudeos ieiuniū.
vlulatus ⁊ fletus sacco et cinere
multis p stratu vtentib9. Ingressi
aūt sūt puelle hester et eunuchi
nūciaueruntq; ei. Qd audiēs ꝯster
nata ē ⁊ vestē misit vt ablato sac
co iduerent eā. Quā accipe noluit

Accitoq; athach eunucho quem rex miniſtrū ei dederat: precepit ut iret ad mardocheū ⁊ diſceret ab eo cur hoc faceret. Egreſſuſq; athach iuit ad mardocheū ⁊ inuenit eum ſtantē in platea ciuitatis ante oſtium palacij. Qui indicauit ei omnia que acciderant: quō amā pmiſiſſet ut in theſauros regis p iudeorum nece inferret argentum: exemplarq; edicti qd pendebat in ſuſis dedit ei ut regine oſtenderet ⁊ moneret eam ut intraret ad regem ⁊ deprecaretur eū p pplo ſuo. Regreſſus athach nūtiauit heſter omnia que mardocheus dixerat. Que rñdit ei ⁊ iuſſit ut diceret mardocheo. Omnes ſerui regis ⁊ cuncte que ſub ditione eius ſunt norunt prouincie qd ſiue vir ſiue mulier nō vocatus interius atriū regis intrauerit. abſq; vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi forte rex aureā virgam ad eū tetenderit p ſigno clementie atq; ita poſſit viuere. Ego igitur quō ad regē intrare potero que triginta iam diebus nō ſum vocata ad eū. Qd cū audiſſet mardocheus rurſū mandauit heſter dicēs. Ne putes q animā tuā tm̄ liberes: q in domo regis es pre cunctis iudeis. Si enim nunc ſilueris p aliam occaſionē liberabuntur iudei ⁊ tu ⁊ domus pris tui peribitis Et quis nouit vtrū idcirco ad regnum veneris: ut in tali tpe parareris. Rurſumq; heſter hec mardocheo vba mādauit. Vade ⁊ congrega oēs iudeos quos in ſuſis reperis ⁊ orate p me. Nō comedetis ⁊ nō bibetis tribus diebz ⁊ tribus noctibz ⁊ ego cū ancillulis meis ſimiliter ieiunabo: ⁊ tūc ingrediar ad regē contra legē faciēs non vocata tradēſq; me morti ⁊ periculo. Iuit itaq; mardocheus ⁊ fecit omnia que heſter preceperat.

Ca. v.

Die autē tercio induta ē heſter regalibus veſtimentis ⁊ ſtetit in atrio domus regie qd erat interius contra baſilicā regis. Et ille ſedebat ſup ſoliū ſuum in conſiſtorio palacij contra oſtiū domus. Cumq; vidiſſet heſter reginā ſtantē placuit oculis eius ⁊ extendit contra eam virgā auream quā tenebat manu Que accedens oſculata ē ſummitatē virge eius. dixitq; ad eā rex. Quid vis heſter regina? Que eſt petitio tua? Etiā ſi dimidiā partem regni petieris dabitur tibi. At illa rñdit. Si regi placet obſecro ut venias ad me hodie ⁊ aman tecū ad conuiuiū qd paraui. Statimq; rex: vocate inquit cito amā ut heſter obediat voluntati. Venerūt itaq; rex ⁊ amā ad conuiuiū qd eis regina parauerat. Dixitq; ei rex poſtq vinū biberat abūdāter. Quid petis ut detur tibi ⁊ p quā re poſtulas? Etiā ſi dimidiā partē regni mei petieris impetrabis Cui rñdit heſter. Peticio mea ⁊ preces ſūt iſte. Si inueni in conſpectu regis gratiā ⁊ ſi regi placet ut det mihi qd poſtulo ⁊ meam impleat petitionem: veniat rex ⁊ aman ad conuiuiū qd paraui eis ⁊ cras aperiam regi voluntatē meā. Egreſſus eſt itaq; illo die aman letus ⁊ alacer. Cumq; vidiſſet mardocheū ſedentē ante fores palacij ⁊ non ſolū nō aſſurrexiſſe ſibi ſed nec motū quidē de loco ſeſſionis ſue indignatus ē valde ⁊ diſſimulata ira reuerſus in domū ſuā conuocauit ad ſe amicos ſuos

et zares vxorē ſuā ⁊ expoſuit illis
magnitudinē diuitiaꝝ ſuaꝝ filio
rūq turbā ⁊ quāta eum gloria ſu
p oēs pncipes et ſuos ſuos rex
eleuaſſet Et poſt hec ait· Regiaq
heſter nullū aliū vocauit ad ↄui
uiū cum rege pter me apd quam
etiā cras cū rege pranſurus ſū· Et
cū hec oīa habeā nihil me habere
puto q̄diu videro mardocheum
iudeū ſedētē añ foēs regias· Rñde
rūtq ei zares vxor ei⁹ ⁊ ceteri ami
ci· Iube parari excelſā trabē habē
tē altitudinis qnquaginta cubi
tos ⁊ dic mane regi ut appendat
ſup eā mardocheus ⁊ ſic ibis cū re
ge letus ad ↄuiuiū· Placuit ei cō
ſiliū ⁊ iuſſit excelſā pparari crucē·

Octē illā duxit rex ¶ Ca·vi.
inſomnē iuſſitq ſibi afferri
hiſtorias ⁊ annales priorū tempo
rū Que cū illo preſēte legerētur vē
tum ē ad illuz locuz vbi ſcriptum
erat quō nūtiaſſet mardocheus i
ſidias bagathā et thares eunu
choꝝ regē aſſuerū iugulaē cupiē
tiū· Qd cū audiſſet rex ait· Quid
p hac fide honoris ac pmij mardo
cheus conſecutus ē· Dixerūt ei ſer
ui illi⁹ ac miniſtri· Nihil omnino
mercedis accepit· Statiq; rex· q̄s
eſt inqt in atrio· Aman q̄ppe ite
rius atriū dom⁹ regie intrauerat
ut ſuggereꝫ rēgi ⁊ iuberet mardo
cheū affigi patibulo qd ei fuerat
prepatū· Rñderūt pueri· Amā ſtat
in atrio· Dixitq rex· Ingrediatur·
Cūq eſſet ingreſſus ait illi· Quid
debet fieri viro quē rex honoraē de
ſiderat· Cogitās aūt in corde ſuo
aman ⁊ reputās q nullū aliū rex
ñ ſe vellet honoraē· rñdit· Homo
quē rex honoraē cupit deb; indui
veſtib⁹ regijs ⁊ imponi ſup equū
q̄ de ſella regis eſt ⁊ accipe rēgium
dyadema ſup caput ſuū ⁊ pm⁹ de
regijs pncipib⁹ ac tyrānis tene
at equū eius ⁊ p plateā ciuitatis
incedēs clamet ⁊ dicat Sic honoā
bitur quēcunq rex voluerit hono
raē· Dixitq; ei rex· Feſtina ⁊ ſūpta
ſtola ⁊ equo fac ut locut⁹ es mar
docheo iudeo q̄ ſedet añ foēs pala
cij Caue ne q̄cq̄ de hijs que locu
tus es pretermittas· Tulit itaq;
aman ſtolam ⁊ equū indutumq;
mardocheū in platea ciuitatis ⁊ i
poſituz equo precedebat atq; cla
mabat· Hoc honore cōdign⁹ eſt
quemcunq rex voluerit honoraē
Reuerſuſq ē mardoche⁹ ad ianu
am palacij ⁊ aman feſtinauit ire
in domū ſuā lugēs ⁊ opto capite
narrauitq zares vxori ſue et ami
cis oīa q̄ eueniſſent ſibi· Cui rñde
runt ſapiētes quos habebat i cō
ſilio ⁊ vxor eius· Si de ſemine iude
orū eſt mardocheus añ quez cade
re cepiſti· non ei poteris rēſiſtē ſed
cades in ↄſpectu eius· Adhuc illis
loquentib⁹ venerunt eunuchi re
gis ⁊ citō eū ad ↄuiuiū qd rēgina
parauerat pergere cōpulerunt·

Intrauit itaq rex ¶ Ca·vij.
⁊ amā ut biberēt cū regina· Dixit
q ei rex etiā ſecūda die poſtq̄ vi
no incaluerat· Que eſt peticō tua
heſter ut detur tibi ⁊ q̄d vis fieri·
Etiā ſi dimidiā ptez regni mei peti
ris impetrab· Ad quē illa rñdit·
Si inueni grāiā in oculis tuis o rex·
⁊ ſi tibi placz· dona m̄ animā meā
pro qua rogo ⁊ populum meum
p quo obſecro· Traditi enī ſum⁹

ego ⁊ popul⁹ me⁹ vt cõteramur iu
gulemur ⁊ pceam⁹. Atq₃ vtinam
in ſeruos ⁊ famulas venderemur: eſ
ſet tolerabile malu₃ ⁊ gemens ta
cerem. nūc aūt hoſtis noſter ē cu
ius crudelitas redundat in regem
Rñdenſq₃ rex aſſuer⁹ ait Quis eſt
iſte et cui⁹ potentie vt hec audeat
facere. Dixitq₃ heſter. Hoſtis et
inimic⁹ noſter peſſim⁹ iſte ē amā
Quod ille audiens ilico obſtupu
it vultū regis ⁊ regine ferre nō ſu
ſtinēs. Rex autē ſurrexit iratus et
de loco cõuiuij intrauit in ortu₃ ar
borib⁹ cõſitū. Amāq₃ ſurrexit vt ro
garet heſter reginā p amā ſua. in
tellexit em̄ a rege paratū ſibi malū.
Qui cū reuerſus eſſe₃ de orto nemo
rib⁹ conſito ⁊ intraſſ₃ cõuiuij locū.
reperit aman ſup lectu₃ corruiſſe i
quo iacebat heſter ⁊ ait. Etiā regi
nam vult opprimē me pñte in do
mo mea. Necdū verbū de ore regis
exierat ſtatim operuerūt faciē ei⁹
Dixitq₃ arbona vn⁹ de eunuchis
q̄ ſtabant in miniſterio regis. En
lignu₃ qd pauerat mardocheo q̄
locutus eſt pro rege: ſtat in domo
aman habens altitudinis quinq̄
ginta cubitos Cui dixit rex. Appē
dite eu₃ in eo Suſpenſus eſt itaq₃
aman in patibulo qd parauerat
mardocheo ⁊ regis ira requieuit.

Die illo dedit rex Ca. viij.
aſſuer⁹ heſter regine domū
aman aduerſarij iudeo₄ ⁊ mardo
che⁹ ingreſſus eſt añ facie₃ regis
Confeſſa eſt em₃ heſter q eēt pa
tru⁹ ſuus. Tulitq₃ rex anulū quē
ab aman recipi iuſſerat ⁊ tradidit
mardocheo. Heſter autē cõſtituit
mardocheu₃ ſup domū ſuam. Nec
hijs cõtēta pcidit ad pedes regis:
fleuitq₃ ⁊ locuta ad eū orauit vt
maliciā amā agagite ⁊ machīa
cões ei⁹ peſſimas quas excogita
uerat cõtra iudeos: iubēt irritas fi
eri. At ille ex more ſceptru₃ aureū
pretēdit māu quo ſignū demētie
mõſtrabat. Illaq₃ cõſurgēs ſtetit
añ eū ⁊ ait. Si plac₃ regi ⁊ ſi inue
ni grām in ocul' eius ⁊ deprecatō
mea nō ei videt' eē cõtraria: obſe
cro vt nouis epl'is veteres aman
lr̄e inſidiatoris ⁊ hoſtis iudeorum
quib⁹ eos in cūctis regis pūicijs
pire pcepat corrigātur. Quo em₃
potero ſuſtinē necē et interfectōe₃
ppl'i mei. Rñditq₃ rex aſſuerus he
ſter regīe ⁊ mardocheo iudeo. Do
mū amā cõceſſi heſter et ipſū iuſſi
affigi cruci. q auſus ē manū mit
tere in iudeos. Scribite ergo iude
is ſicut vobis plac₃ ex regis noīe
ſignātes litteās anulo meo. Hec
enim cõſuetudo eāt vt epiſtolis q̄
ex regis nomine mittebantur et
illius anulo ſignate erant: nemo
auderet cõtradicē. Accitiſq₃ ſcrib
⁊ librarijs regis. erat autē tēpus
tercij menſis q̄ appellat' ſiban: vi
ceſima ⁊ tercia die illi⁹: ſcripte ſūt
epl'e vt mardoche⁹ voluerāt ad iu
deos ⁊ ad principes pcuratoreſq₃
⁊ iudices qui cētumuigītiſepte₃
prouincijs ab india vſq₃ ethiopi
am pſidebant: pūincie atq₃ pūin
cie. populo ⁊ populo. iux' linguas
et litteras ſuas ⁊ iudeis: put lege
re poterant et audire. Ipſeq₃ epi
ſtole que ex regis nomine mitte
bātur anulo illius obſignate ſūt
et miſſe per veredarios: qui per
omnes prouincias diſcurrentes

veteres līras nouis nūcijs preue
nirent. Quibꝰ imꝑauit rex ut ꝯue
nirent iudeos per ſingulas ciuita
tes ⁊ in vnū p̄ciperēt ꝯgregari ut
ſtarēt ꝓ aīab ꝰ ſuis ⁊ oīs inimi
cos ſuos cū ꝯiugibus ac liberis
⁊ vniūſis domibꝰ īterficerēt atqꝫ
delerēt. Et ꝯſtituta ē ꝑ oēs ꝓui
tias vna vlcōis dies. ideſt tēcia
decīa die mēſis duodecimi adar.
Sūmaqꝫ ep̄le fuit ut in ōibꝰ ter
ris ac ꝑp̄lis q̄ regis aſſueri ſbiace
bāt imperio notū fieret paratos eē
iudeos ad capiendā vindictaꝫ de
hoſtibꝰ ſuis. Egreſſiqꝫ ſūt vereda
rij celeres nūtios pferentes ⁊ edi
ctū regis pepēdit in ſuſis. Mardo
cheꝰ aūt de palacio ⁊ de ꝯſpcū rēgis
egrediēs fulgebat veſtibꝰ regijs
iacīctinis videlicet ⁊ aerinis coro
nā aureā portās capite ⁊ amictus
ſerico pallio atqꝫ purpureo. Oīs
qꝫ ciuitas exultauit atqꝫ letata ē.
Iudeis aūt noua lux oriri viſa eſt
gaudiū. honor ⁊ tripudiū. Apud
omnes populos vrbes atqꝫ ꝓuin
tias quocūqꝫ regis p̄cepta veme
bāt mira exultacō epule atqꝫ ꝯui
uia ⁊ feſtus dies intātū ut plurēs
alteriꝰ gētis ⁊ ſecte. eoꝝ rēligioni
⁊ cerimonijs iungerētur. Grādis
enī cūctos iudaici nois terror in
uaſerat.

Ca. ix.

Igitur duodecimi mēſ queꝫ adar
vocari ante iā dixīmꝰ tertiadecima
die quādo cunctis iudeis interfectio
parabat ⁊ hoſtes eoꝝ inhiabant
ſāguini. verſa vice iudei ſuꝑiores
eē ceperūt ⁊ ſe de aduerſarijs vin
dicare. Cōgregatiqꝫ ſunt ꝑ ſingu
las ciuitates ⁊ opida ⁊ loca ut ex
tenderēt manū ꝯtra inimicos et
pſecutores ſuos. Nulluſqꝫ auſus
eſt reſiſtere eo q̄ oēs populos
magnitudinis eorū formido pene
traret. Nā ⁊ ꝓuintiaꝝ iudices du
ces ⁊ ꝓcuratores ōniſqꝫ dignitas
q̄ ſingulis locis ⁊ operibus p̄erat
extollebāt iudeos timore mardo
chei quē principem eſſe palacij et
plurimū poſſe ꝯgnouerāt. Fama
qꝫ nominis eiꝰ creſcebat quotidie
⁊ ꝑ cunctoꝝ ora volitabat. Itaqꝫ
percuſſerunt iudei inimicos ſuos
plaga magna ⁊ occiderūt eos. red
dētes eis qđ ſibi parauerant face
re intētū ut etiā in ſuſis qngētos
viros interficerent extra deceꝫ fili
os aman agatice hoſtis iudeoruꝫ
Quoꝝ iſta ſunt noīa pharſanda
than ⁊ delphon ⁊ eſphata ⁊ pho
rata ⁊ adalia et aridatha ⁊ epher
meſcha ariſai et aridai et vaiſa
tha. Quos cū occidiſſent predas
de ſbſtācijs eoꝝ agere noluerunt
Statimqꝫ numerꝰ eorum q̄ occiſi
erāt in ſuſis ad regē relatꝰ ē. Qui
dixit regine. In vrbe ſuſis interfe
cerūt iudei qngentos viros et ali
os deceꝫ filios aman. Quātam pu
tas eos exercere cedē in vniuerſis
ꝓuincijs. Quid vltra poſtulas ⁊
quid vis ut fieri iubeam. Cui illa
rn̄dit. Si regi placet det̄ poteſtas
iudeis ut ſicut fecerunt hodie in ſu
ſis ſic et cras faciant ⁊ decem filij
amā i patibul' ſuſpendātur. Pre
cepit rex ut ita fieret. Statimqꝫ in
ſuſ pepēdit edictū ⁊ decē filij amā
ſuſpenſi ſūt. Congregatis iudeis
quartadecīa die menſis adar int̄
fecti ſūt in ſuſis trecēti viri. nec eo
rū ab illꝭ direpta ſubſtantia ē ſed
⁊ ꝑ oēs ꝓuintias q̄ ditioni regis

ſubiacebant ꝓ aīmabꝰ ſuis ſtete
rūt iudei: interfectis hoſtibꝰ ac per
ſecutoribꝰ ſuis: intātum vt ſeptu
agintaquinꝗ milia occiſoꝝ im
plerent⁊ nullus de ſbſtancijs eo
rū quicꝗ̄ cōtingeret. Dies autem
tertiuſdecimꝰ menſis adar vnus
apud ōnes interfectōꝝ fuit: ⁊ q̄n
tadecima die cedere deſierūt. Quē
cōſtituerūt eſſe ſollemnē: vt i eo
oī tpe deinceps vacarent epulis
gaudio atqꝫ cōuiuijs. At hij qui
in vrbe ſuſis cedē exercuerant ter
ciodecimo et quartodecīo die eiuſ
dem menſis in cede verſati ſunt. de
cimoqūto autē die peutē deſierūt. Et
idcirco eūdem diē conſtituerunt
ſollemnē epularū atꝫ leticie. Hij
vero iudei qui in oppidis non mu
ratis ac villis morabātur: quar
tūdecimū diem menſis adar con
uiuiorū ⁊ gaudij decreuerunt: ita
vt exultēt in eo ⁊ mittant ſibi mu
tuo partes epularum ⁊ ciborum.
Scripſit itaqꝫ mardocheꝰ oīa hec
⁊ litteris cōprehēſa miſit ad iude
os qui in ōibꝰ regis prouincijs
morabātur: tam in vicino poſitis
ꝗ̄ ꝓcul vt quartādecimā ⁊ quin
tamdecimā diē menſis adar ꝓ fe
ſtis ſuſciperent et reuertēte ſemp
anno ſollēni honore celebrarent
ꝗ in ipſis diebꝰ ſe vlti ſunt iudei
de inimicis ſuis et luctꝰ atqꝫ triſti
cia in hilaritatē gaudiūqꝫ cōuerſi
ſunt: eſſentqꝫ dies iſti epularū at
qꝫ leticie ⁊ mitterent ſebimuicem
ciboꝝ partes ⁊ paupibꝰ munuſcu
la largirentur. Suſceperūtqꝫ iudei
in ſollēnē ritum cūcta q̄ eo tempe
facere ceperant ⁊ q̄ mardocheꝰ lit
teris faciēda mādauerat. Amā
enī filius amadati ſtirpis agag
hoſtis ⁊ aduērſariꝰ iudeorū cogita
uit cōtra eos malū: vt occidēret illos
atqꝫ deleret: ⁊ miſit phur qd nr̄a
lingua vertitur in ſortē ⁊ poſtea in
greſſa ē heſter ad regē: obſecrās
vt conatꝰ eiꝰ litteris regis irriti fi
erēt ⁊ malū qd cōtra iudeos cogita
uerat reuerteret̄ ī caput eiꝰ. Deni
qꝫ ⁊ ipſū et filios eiꝰ affixerūt cruci
atqꝫ ex illo tpe dies iſti appellati
ſūt phurim. i. ſortiū: eo ꝙ phur. i.
ſors in vrnā miſſa fuerit. Et cūcta
q̄ geſta ſunt epl'e i d ē libri huiꝰ
volumie ɔtinētur: q̄qꝫ ſuſtinuerūt
⁊ q̄ deinceps immutata ſint: ſuſce
perūt iudei ſup ſe ⁊ ſemen ſuū ⁊ ſu
p cūctos q̄ religioni eoꝝ voluerit
copulari: vt nulli liceat duos hos
dies abſqꝫ ſollēnitate trāſigē q̄s
ſcriptura teſtat̄ ⁊ certa expetunt
tpa ānis ſibi iugit̄ ſuccedētibꝫ. Iſti
ſūt dies quos nulla vnꝗ̄ delebit
obliuio ⁊ p ſingulas gnacōes cū
cte in toto orbe ꝓuīcie celebrabūt
nec eſt vlla cīuitas in q̄ dies phurī
id ē ſortiū nō obſeruētur a iudeis
⁊ ab eoꝝ ꝓgenie q̄ hijs cerimo
nijs obligata ē. Scripſeruntqꝫ he
ſter regina filia abiahil ⁊ mardo
cheꝰ iudeꝰ ec ſecūdā eplam: vt ōni
ſtudio dies iſta ſollēnis ſācīretur
in poſterū. Et miſerūt ad oēs iudeos
q̄ in centūuigītiſeptē ꝓuīcijs regis
aſſueri verſabant̄: vt hērent pacē
⁊ ſuſciperēt veritatē: obſeruantes
dies ſortiū ⁊ ſuo tpe cū gaudio ce
lebrarēt: ſicut cōſtituerat mardo
cheꝰ ⁊ heſter. Et illi obſeruāda ſu
ſceperūt a ſe ⁊ a ſemie ſuo ieiunia atꝫ
clamores ⁊ ſortiū dies ⁊ oīa q̄ libri
huiꝰ q̄ vocat̄ heſter hiſtoria ɔtinet̄

Ca. x.

Rex vero aſſuerus
omē terrā et cūctas maris i
ſulas fecit tributarias cuius forti
tudo ⁊ imperiū ⁊ dignitas atqꝫ ſu
limitas q̄ exaltauit mardocheum
ſcripta ſunt in libris medorū atqꝫ
pſarū et quō mardocheꝰ iudaici
generis ſecūdꝰ a rege aſſuero fue
rit ⁊ magnꝰ apud iudeos ⁊ accep
tabil̕ plebi fratrū ſuorū querens
bona populo ſuo et loquens ea q̄
ad pacem ſeminis ſui ptinerent.
Que habent̃ in hebreo plena fide
expꝛſſa. hec aūt q̄ ſequūtur ſcripta
reperi i edicōne vulgata q̄ grecoꝝ
lingua et lr̄is cōtinent̃ et interim
poſt finem libri hoc capitulū fere
bat̃. qđ iuxta ↄſuetudīnē noſtrā
obelo ideſt veru prenotauimus.
Dixitqꝫ mardocheꝰ. A deo facta ſūt
iſta. Recordatꝰ ſū ſomnij qđ vide
rā hec eadē ſignificantis. nec eorū
quicꝙ̄ irritū fuit. Paruus fons q̄
creuit in fluuiū ⁊ in lucē ſoleꝗꝫ cō
uerſus ē ⁊ in aquas plurimas re
dūdauit. heſter ē quā rex accepit
vxorē ⁊ voluit eē reginā. Duo autē
dracones ego ſū ⁊ aman. Gentes
q̄ ↄuenerāt hij ſūt qui conati ſūt
delere nomē iudeoꝝ. Gens autem
mea iſrahel ē q̄ clamauit ad dn̄m
⁊ ſaluū fecit dn̄s pp̄lm ſuū. libera
uitqꝫ nos ab ōibꝰ malis ⁊ fecit
ſigna magna atqꝫ portēta int̃ gē
tes ⁊ duas ſortes eē p̄cepit. vnaꝫ
populi dei ⁊ alterā cūctaꝝ gentiū.
Venitqꝫ vtraqꝫ ſors i ſtatutū ex
illo iā diem tpe coraꝫ deo vniuer
ſis gētibꝰ et recordatus ē dn̄s po
puli ſui ac miſertꝰ hereditatis ſue.
Et obſeruabūtur dies iſti in men
ſe adar quartadecīa ⁊ quintadeci
ma die eiuſdē menſis cū omī ſtu
dio ⁊ gaudio in vnū cetū populi
cōgregati in cūctas deinceps gn̄a
tiones populi iſrl̕.

Ca. xi.

Anno quarto r̃gnātibꝰ ptho
lomeo ⁊ cleopatra. attulerūt
doſitheus q̄ ſe ſacerdotēꝫ ⁊ leuitici
geneis ferebat ⁊ ptholomeꝰ filiꝰ
eius hanc epiſtolā phurim quā
dixerunt interp̄tatū eē liſimachū
ptholomei filiū i iheruſalē. Hocqꝫ
pn̄cipiū erat in editione vulgata
qđ nec in hebreo nec apud vlluꝫ
fertur interpretū. Anno ſecūdo re
gnante artaxerxe maximo. p̄ma
die mēſis niſan vidit ſōniū. mar
docheꝰ filiꝰ iairi filij ſemei. filij cis
de tribu beniamin. homo iudeꝰ q̄
habitabat in vrbe ſuſ vir magnꝰ
⁊ inter p̄mos aule regie. Erat aūt
de eo numero captiuoruꝫ q̄s tran
ſtulerat nabuchodonoſor rex ba
bilonis de iheruſalē cū iechonia re
ge iuda ⁊ hoc eius ſōniū fuit. Ap
paruerūt voces ⁊ tumultus. toni
trua ⁊ terremotus et cōturbatio
ſup terrā ⁊ ecce duo drācones ma
gni paratiqꝫ ↄtra ſe in p̄eliū. ad
quoꝝ clamoreꝫ cūcte ↄcitate ſunt
nacōnes. ut pugnarēt ↄtra gēteꝫ
iuſtorū. Fuitqꝫ dies illa tenebra
rū ⁊ diſcriminis tribulacōis ⁊ an
guſtie ⁊ ingēs formido ſup terrā.
Cōturbataqꝫ ē gēs iuſtoꝝ timen
tium mala ſua ⁊ p̄epata ad mor
tē. Clamaueruntqꝫ ad deū ⁊ illis vo
ciferātibꝰ fons paruus creuit in
fluuiū maximū ⁊ in aquas pluri
mas redūdauit. Lux ⁊ ſol ortꝰ eſt
⁊ humiles exaltati ſūt ⁊ deuorauе
runt inclitos. Quod cum vidiſſet
mardocheꝰ et ſurrexiſſet de ſtratu

cogitabat q̄d deus facere vellet ⁊
fixum tenebat in aīo ſcire cupiens
q̄d ſignificaret ſōniū. ¶Ca. xij.
Morabat̄ autē eo tp̄e in aula
regis cū bagatha et thara
eunuchis regis q̄ ianitores erant
palacij. Cūq; intellexiſſꝫ cogitaci
ones eoꝝ ⁊ curas diligēti⁹ puidiſ
ſet didicit ꝙ conarent̄ in regē ar
tarxerſen man⁹ mittē ⁊ nūciauit
ſup eo regi. Qui de vtroq; habita
q̄ſtione confeſſos iuſſit duci ad
mortē. Rex āt q̄d geſtū erat ſcrip
ſit in ꝯmentarijs. Sꝫ ⁊ mardoche
us regi memoriā litteꝛis tradidit
Precepitq; ei rex vt in aula pala
cij moraret̄ datis ei ꝓ delacōe mu
nerib⁹. Amā vero fili⁹ amadathi
buge⁹ erāt glorioſiſſim⁹ corā rege
⁊ voluit nocere mardocheo ⁊ ꝓplo
eius ꝓ duob⁹ eunuchis r̄gis q̄ fu
erāt interfecti. Huculq; ꝓhemiū.
¶Que ſequuntur in eo loco poſita
erāt vbi ſcriptū eſt in volumie: et
diripuerunt bona vel ſb̄ſtancias
eoꝝ. Que in ſola vulgata edicōe
repim⁹. Ep̄le āt hoc exēplar fuit.
Rex maxim⁹ ar ¶Ca. xiij.
taxerſes ab india vſq; ethi
opiā cētū viginti ſeptē ꝓuinciaꝝ
p̄ncipib⁹ ⁊ ducib⁹ q̄ ei⁹ impeio ſb̄
iecti ſunt: ſalutē. Cū plurimis gēti
b⁹ imperarē ⁊ vniuerſū orbē mee
ditioni ſubiugaſſem: volui neq̄q̄
abuti potētie magnitudīe. ſꝫ clemē
cia ⁊ lenitate gubernāe ſubiectos
vt abſq; vllo terrore vitā ſilentio
tranſigentes: optata cūctis morta
lib⁹ pace fruerētur. Querēte autē
me a cōſiliarijs meis quō poſſet
hoc impleri: vn⁹ q̄ ſapientia ⁊ fide
ceteros p̄cellebat, ⁊ erat p̄t⁹ regē
ſecund⁹ aman nomine: indicauit
mihi in toto orbe terrarū populū
eſſe diſperſū q̄ nouis vterētur legi
bus ⁊ contra omniū gentiū ꝯſue
tudinē faciens. regū iuſſa cōtem
neret ⁊ vniuerſarū cōcordiā na
cionū ſua diſſenſione violaret.
Quod cū didiciſſem⁹ vidētes vnā
gentem rebellē aduerſus ōne ho
minū gen⁹ puerſis vti legib⁹: no
ſtriſq; iuſſionib⁹ contraire et tur
bare ſb̄iectarū nob̄ prouinciarū
pacem atq; concordiā: iuſſim⁹ vt
quoſcūq; aman qui omib⁹ ꝓuin
cijs p̄poſitus eſt ⁊ ſecund⁹ a rege
⁊ quē patris loco colim⁹ monſtrā
uerit cū coniugib⁹ ac liberis dele
antur ab inimicis ſuis null⁹q; eo
rū miſereatur. quartadecima die
duodecimi menſis adar āni p̄ſen
tis: vt nepharij hōines vno die
ad inferos deſcēdentes: reddāt im
pio noſtro pacē quā turbauerāt
Huculq; exemplar epiſtole. Que
ſequūtur p̄t⁹ eum locū ſcripta re
peri vbi legitur: pergenſq; mardo
che⁹ fecit ōnia que ei mādauerat
heſter. nec tamē habētur in hebra
ico ⁊ apud nullū penitus fertur
interpretū. Mardoche⁹ aūt depre
cat⁹ eſt dn̄m: memor omniū ope
rū ei⁹ ⁊ dixit. Domine dn̄e rex ōni
potens. in dicōe enim tua cūcta
ſunt poſita et non ē qui poſſit tue
reſiſtere voluntati ſi decreueris ſal
uare iſrahel. Tu feciſti celum ⁊ ter
ram ⁊ quicquid celi ambitu cōtine
tur. domin⁹ omniū es nec eſt qui
reſiſtat maieſtati tue. Cuncta no
ſti ⁊ ſcis quia non pro ſuperbia ⁊
ꝯtumelia et aliqua glorie cupidi
tate feceri hoc vt nō adorarē amā

 

ſupbiſſimuꝫ. libenter em̄ ꝓ ſalute
iſrahel etiaꝫ veſtigia pedū eius de
oſculari patus eſſeꝫ ſꝫ timui ne ho
norē dei mei trāſferrē ad hominē
et ne quenꝙ̄ adorarē excepto deo
meo. Et nūc dn̄e rex deus abrahā
miſerē ꝓpli tui ꝙ volūt nos inimi
ci noſtri pdere ⁊ hereditatē tuā de
lere Ne deſpitias ptē tuam quā re
demiſti tibi de egipto. Exaudi dep̄
cacōeꝫ meā ⁊ ꝓpiti⁹ eſto ſorti ⁊ fu
niculo tuo et ɔuerte luctū noſtrū
in gaudiū. ut viuētes laudemus
nomē tuū dn̄e et ne claudas ora
canētiuꝫ te. Oīs ꝗꝫ iſrahel pari mē
te ⁊ obſecratione clamauit ad do
minuꝫ eo ꝙ eis certa mors impen
deret. ¶ Capitulū. xiiij.

H Eſter ꝗꝫ regina ɔfugit ad do
minū pauēs periculū qđ im
minebat. Cūqꝫ depoſuiſſet veſtes
r̄gias: fletib⁹ ⁊ luctu apta idumē
ta ſuſcepit et ꝓ vngētis varijs ci
nere ⁊ ſtercore impleuit caput et
corp⁹ ſuū hūiliauit ieiunijs ōnia
ꝙ loca in quib⁹ an̄ letari cōſueue
rat crinīū laceratione ɔpleuit. Et
dep̄cabat̄ dn̄m deū iſrl̄ dicēs. Do
mine mi q̄ rex noſter es ſol⁹ adiu
ua me ſolitariā ⁊ cui⁹ p̄ter te nul
lus auxiliator ē alius. Periculuꝫ
meū in manib⁹ meis ē. Audiui a
pr̄e meo ꝙ tu dn̄e tuliſſes iſrahel
de cūctis gentib⁹ ⁊ pr̄es noſtros
ex omnib⁹ retro maiorib⁹ ſuis. ut
poſſideres hereditateꝫ ſempiternā
feciſtiqꝫ eis ſicut locut⁹ es. Pecca
uim⁹ in ɔſpectu tuo et idcirco tra
didiſti nos ī man⁹ inimicoꝝ nr̃oꝝ
Coluim⁹ em̄ deos eoꝝ Juſtus es
dn̄e Et nūc non eis ſufficit ꝙ du
riſſima nos opprimūt ſeruitute ſꝫ
robur manuū ſuarū ydoloꝝ potē
tie deputantes volunt tua mutare
ꝓmiſſa ⁊ delē hereditatē tuā ⁊ clau
dere ora laudātiuꝫ te atqꝫ extīgue
re gloriā tēpli ⁊ altaris tui ut ape
riāt ora gentium ⁊ laudent ydolo
rū fortitudinē ⁊ p̄dicēt carnalem
regē in ſēpiternū. Ne tradas dn̄e
ſceptrū tuū hijs q̄ nō ſunt. ne ride
ant ad ruinā noſtrā ſꝫ ɔuerte ɔſi
liū eoꝝ ſup eos ⁊ eū qui ī nos ce
pit ſeuire diſperde Memento dn̄e
⁊ oſtende te nob̄ in tēpoē tribula
tionis nr̄e et da mihi fiduciā dn̄e
rex deoꝝ ⁊ vniuerſe poteſtatis tri
bue ſermonē cōpoſitū in ore meo
in ɔſpectu leonis ⁊ trāſfer cor illi⁹
in odiū hoſtis noſtri ut ⁊ ipſe pere
at ⁊ ceteri q̄ ei ɔſentiūt. Nos autē
libera in manu tua et adiuua me
nullū aliud auxiliū habētē niſi te
dn̄e. q̄ habes ōniū ſciam et noſti
ꝙ oderim gloriā iniquoꝝ et dete
ſter cubile īcircūciſoꝝ et oīs alie
nigene Tu ſcis neceſſitatē meam
ꝙ abhominer ſignū ſupbie ⁊ glo
rie mee qđ eſt ſuper caput meum
in diebus oſtētationis mee et de
teſter illud q̄ſi pānū menſtruate
⁊ nō portē in dieb⁹ ſilencij mei et
ꝙ nō comederim ī mēſa amā nec
mihi placuerit ɔuiuiū r̄gis et nō
biberim vinū libaminū ⁊ nūꝙ̄ le
tata ſit ācilla tua ex q̄ huc trāſla
ta ſū vſqꝫ in preſentē diē niſi in te
dn̄e deus abrahā. Deus fortis ſu
per omēs exaudi voceꝫ eoꝝ q̄ nul
lam aliaꝫ ſpeꝫ habēt et libera nos
de manu iniquoꝝ et erue me a ti
more meo. Hec ꝗꝫ audita reperi in
editōne vulgata. ¶ Ca. xv.

E T mādauit ei haud dubiū

quin heſter mardocheꝰ ut ingrede
retur ad regem vt rogaret ꝓ ꝑplo
ſuo et ꝓ pᷓria ſua. Memorare inq̄t
dierū humilitatis tue q̄uo nutri
ta ſis in manu mea. q2 aman ſecū
dꝰ a rege locutus ē cōtrā nos ī mor
tem ⁊ tu inuoca dominū et loquē
regi ꝓ nobis et libera nos de mor
te. Nec nō ⁊ iſta que ſubdita ſunt
Die autē tercō depoſuit veſtimēta
ornatus ſui et circūdata ē gloria
ſua. Cūq3 regio vulgeret habitu
⁊ inuocaſſ3 omniū rectorē ⁊ ſalua
torē deum, aſſumpſit duas famu
las, ⁊ ſup vnā3 quidē innitebat̄ q̄
ſi pre delicijs ⁊ nimia teneritudīe
corpus ſuū ferre nō ſuſtinēs. alte
ra autē famularū ſequebat̄ domi
nā defluentia in humū indumen
ta ſuſtētans. Jpa autē roſeo colo
re vultū pfuſa ⁊ gratis ac nitenti
bus oculis triſtem celabat aīm ⁊
nimio timore contractū. Jngreſſa
igit̄ cuncta per ordīnē oſtia ſtetit
cōtrā regem vbi ille reſidebat ſuper
ſoliū regni ſui: indutus veſtibꝰ re
gijs auro q3 fulgēs ⁊ pretioſis la
pidibꝰ eāt q3 terribilis aſpcū. Cū
q3 eleuaſſ3 faciem ⁊ ardētibꝰ ocul
furorē pectoris indicaſſet regina
corruit ⁊ in pallorē colore mutato
laſſum ſup ancillulā rēclinauit ca
put. Conuītitq3 deꝰ ſpm̄ rēgis ī ma
ſuetudinē ⁊ feſtinꝰ ac metuēs exi
liuit de ſolio ⁊ ſuſtētans eā vlnis
ſuis donec rediret ad ſe hijs vbis
blādiebat̄. Quid habes heſter.
Ego ſu3 frē tuꝰ noli metuē. Nō mo
rieis. Nō ei ꝓ te ſed ꝓ omnibꝰ hec
lex ↄſtituta eſt. Accede igit̄ ⁊ tāge
ſceptrū. Cūq3 illa reticēt tulit au
reā virgā ⁊ poſuit ſup collū eiꝰ et
oſculatꝰ eſt eā3 ⁊ ait. Cur mihi n̄
loqueris. Que rn̄dit. Vidi te do
mine q̄ſi angelū dei ⁊ cōturbatu3
eſt cor meū pre timore glorie tue
Valde em̄ mirabilis es domine ⁊
facies tua plena ē graciaꝝ. Cūq3
loq̄retur rurſus corruit ⁊ pene ex
animata ē. Rex autē turbabat̄ ⁊
ōnes miniſtri eiꝰ cōſolabant̄ eū.
Exemplar epl̄e regis artarxerſis
quā ꝓ iudeis ad totas regni ſui ꝓ
uincias miſit qđ ⁊ ipſū in hebrai
co volumīe n̄ hētur. Ca. xvi.

Rex magnꝰ artarxerſis ab in
dia vſq3 ethiopiā3 centūvi
gintiſeptē ꝓuīciarū ducibꝰ ac pn̄
cipibꝰ qui noſtre iuſſiōi obediūt
ſalutē dicit. Multi bonitate princi
pū ⁊ honoē qui in eos collatꝰ eſt
abuſi ſūt in ſupbiā3 ⁊ nō ſolu3 ſb
iectos rēgibꝰ nitūtur opprimē. ſed
datam ſibi gloriā3 nō ferētes ī ip
ſos qui dederīt moliūtur inſidias
Nec cōtenti ſūt gracias nō agere
bn̄ficijs ⁊ humanitatis in ſe iura
violare. ſed dei q3 cuncta cernētis
arbitrātur ſe poſſe fugē ſentētiā.
Et ī tantū veſanie ꝓrupeīt vt eos
qui credita ſibi officia diligenter
obſeruant ⁊ ita cuncta agunt vt
ōniū laude digni ſint: mendacio
rū cuniculꝭ conētur ſbuertere du3
auēs pn̄cipū ſimplices ex ſua na
tura alios eſtimātes callida frau
de decipiūt. Que res ⁊ ex veteribus
probatur hiſtorijs ⁊ ex hijs que
gerūtur quotidie q̄uo malis q̄rū
dā ſuggeſtiōibꝰ regu3 ſtudia dep̄
uent̄. Vnde ꝓuidēdū ē paci ōniū
ꝓuinciaꝝ. Nec putare debetis ſi di
uerſa iubeamꝰ ex animi noſtri ve
nire leuitate. ſed pro qualitate et

⁊ neceſſitate tēporū· ut reipublice
poſcit vtilitas ferre ſentētiā· Et ut
manifeſtiꝰ qḋ dicimus ītelligatiſ
aman filius amadathi ⁊ amio et
gente macedo alienuſq; a perſarū
ſāguine ⁊ pietatē nr̄az ſua crudeli
tate cōmaculans· pegrinꝰ a nob̄
ſuſceptꝰ eſt ⁊ tātaz in ſe expertus
humanitatē ut pater nr̄ vocaret
⁊ adoraret ab oībꝰ poſt regē ſecū
dus q̄ in tātuz arrogātie tumorez
ſublatꝰ ē ut regno priuaē nos mi
teret ⁊ ſpū· Nā mardocheū cuiꝰ fi
de ⁊ beneficijs viuimꝰ ⁊ ꝯſortem
regni noſtri heſter cū omni gente
ſua nouis q̄buſdā atq; īauditis
machinis expetiuit in mortez hoc
cogitans ut illꝭ interfectis īſidia
ret noſtre ſolitudini ⁊ regnū pſa
rū trāſferret in macedonas· Nos
āt a peſſimo mortaliuz iudeos ne
ci deſtinatos· ī nulla pemitꝰ culpa
repimꝰ ſed ecōtrario iuſtis vten
tes legibꝰ ⁊ filios altiſſimi ⁊ maxi
mi ſēperq; viuētis de cuius benefi
tio ⁊ patribꝰ nr̄is et nob̄ regnū ē
traditū et vſq; hodie cuſtoditur·
Vn̄ eas lr̄as quas ſub noīe nr̄o
ille direxerat ſciatis eſſe irritas·
Pro quo ſcelere an̄ portas huius
vrbis .i. ſuſꝫ ⁊ ipſe qui machinatꝰ
eſt ⁊ oīs cognatio eius pendet in
patibulis nō nob̄ ſ; deo reddente
ei qḋ meruit· Hoc autē edictū qḋ
nūc mittimꝰ in cūctis vrbibꝰ ꝓpo
nat̄· ut liceat iudeis vti legibꝰ ſuis
quibus debetis eſſe ādminiculo ut
eos q̄ ſe ad necē eoꝝ parauerant
poſſint interficere tertiadecia die
menſis duodecimi q̄ vocat̄ adar·
Hāc em̄ diē deꝰ oīpotēs meroris
⁊ luctus eis vertit in gaudiū Vn̄
et vos inter ceteros feſtos dies:
hāc habitote diē ⁊ celebrate eaz
cū omī leticia ut ⁊ ī poſteꝝ ꝯgno
ſcant oēs q̄ fideliꝑ pſis obediunt
dignaz ꝓ fide recipere mercedē. qui
aūt inſidiāt̄ regno eoꝝ perire pro
ſcelere· Oīs aūt ꝓuintia et ciuitas
q̄ noluerit ſollēnitatis huius eſſe
pticeps gladio et igne pereat et
ſic deleat̄ ut nō ſolū hoībꝰ ſ; etiam
in via beſtijs ſit in ſempiternū ꝓ
exēplo ꝯtēptus et inobediētie·

Explicit liber heſter· Incipit
prologus in Iob ſcḋm trāſ
lationē ſeptuaginta·

Cogor per ſingulos
ſcripture diuine li
bros aduerſariorū
rn̄dere maledictis q̄
interptationē meaz
reprehenſionē ſeptuaginta inter
pretū criminant̄ q̄ſi nō ⁊ apḋ gre
cos aquila ſimachus et theodo
tion· vel verbū e verbo vel ſenſum
e ſēſu vel ex vtroq; ꝯmixtū et me
die tēperatū genꝰ trāſlationis ex
preſſerint et oīa veteris inſtrumē
ti volumina origenes obelis aſte
riſciſq; diſtinxerit quos vel addi
tos vel de theodotiōe ſūptos trāſ
lationi antiq̄ inſeruit ꝓbās defu
iſſe qḋ additū ē· Diſcant igit̄ ob
trectatores mei recipe in toto qḋ
in ptib; ſuſceperūt aut interpreta
tionē meā cum aſteriſcis ſuis rade
re· Neq; em̄ fieri pōt ut q̄s plura
intermiſiſſe ꝯſpexerint· nō eoſdez
etiaz in quibuſdam erraſſe fateā
tur precipue in iob cui ſi ea q̄ ſub
aſteriſcis addita ſūt ſubtraxeris

pars maxima detruncabitur et hoc dumtaxat apud grecos. Ceterum apud latinos ante eam translacionem quam sub asteriscis et obelis nuper edidimus. septingenti ferme aut octigenti versus desunt ut decurtatus et laceratus corrosusque liber feditatem sui publice legentibus prebeat. Hec autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem. sed et ex ipso hebreico arabicoque sermone et interdum syro: nunc verba. nunc sensus. nunc simul utrumque resonabit. Obliquus enim apud hebreos totus liber fertur et lubricus et quod greci rethores vocant scematis menos dumque aliud loquitur aliud agit. Ut si velis anguillam vel murenulam strictis tenere manibus quanto fortius presseris tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis liddeum quendam preceptorem qui apud hebreos primus haberi putabatur: non parvis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim nescio. Hoc unum scio non potuisse me interpretari nisi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis usque ad verba iob apud hebreos prosa oracio est. Porro a verbis iob in quibus ait. pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictum est conceptus est homo: usque ad illum locum ubi ante finem voluminis scriptum est. idcirco ipse me reprehendo et ago penitenciam in favilla et cinere: exametri versus sunt: dactilo spondeoque currentes et propter lingue ydioma crebro recipientes et alios pedes non earundem sillabarum sed eorundem temporum. Interdumque richmus ipse dulcis et tumulus fertur numeris lege solutis quod metrici magis quam simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu usque ad finem libri parvum comma quod remanet: prosa oracione contexitur. Quod si cui videtur incredulum metra scilicet esse apud hebreos et in morem nostri flacci grecique pindari et alchei et sappho vel psalterium vel lamentaciones ieremie vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendi: legat philonem. iosephum. origenem. cesariensem eusebium: et eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse: non ut interpretacionem antiquam reprehenderem sed ut ea que in illa aut obscura sunt aut omissa. aut certe scriptorum vicio depravata. manifestiora nostra interpretacione fierent qui et hebreum sermonem ex parte didicimus et in latino pene ab ipsis cunabulis inter gramaticos et rethores et philosophos detriti sumus. Quod si apud grecos post septuaginta edicionem iam cristi euangelio choruscante iudeus aquila et simmachus ac theodotion iudaizantes heretici sunt recepti: qui multa misteria salvatoris subdola interpretacione celarunt: et tamen in exaplois habentur apud ecclesias et explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego cristianus et de parentibus cristianis natus et vexillum crucis in mea fronte portans: cuius studium fuit omissa repetere: depravata corrigere et sacramenta ecclesie puro et fideli aperire sermone: vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis

auro argentoq̄ꝫ deſcriptos vel vn
cialibꝰ vt vulgo aiūt litteris one
ra magis exarata q̄ꝑ codices duꝫ
mō mihi meiſq̄ꝫ pmittant paupe
res habere cedulas ⁊ non taꝫ pul
chros codices q̄ꝑ emēdatos Vtrū
q̄ꝫ enī editiō ⁊ ſeptuagita iuxͣ gre
cos ⁊ mea iuxͣ hebreos: in latinuꝫ
meo labore trāſlata ē. Eligat vnꝰ
q̄ſq̄ꝫ qd vult ⁊ ſtudioſum me ma
gis q̄ꝑ maliuolū ꝓbet.

Alius prologus.

Si autē fiſcellā iunco
texerem aut palma
rū folia cōplicarem
aut in ſudore vultꝰ
mei comederē panē
⁊ vētris opus ſollicita mente per
tractarē nullꝰ morderꝫ nemo ꝛpre
hēderet. Nūc aūt qr iuxta ſentētiā
ſaluatoris volo operari cibuꝫ qui
nō perit ⁊ antiquā diuinorū volu
minū viā ſentibꝰ virgultiſq̄ꝫ pur
gare. error mihi geminꝰ infigitur
correctoꝛ viciorū falſarius vocor
⁊ errores non auferre ſed ſerere.
Tanta ē enī vetuſtatis cōſuetudo
vt ec̄ ꝯfeſſa pleriſq̄ꝫ vicia placeāt
dū magis pulchros volūt habē
codices q̄ꝑ emēdatos. Quapropt
o fratres dilectiſſimi vnicuꝫ nobi
litatis et humilitatis exēplar ⁊ p
flabello calatis ſportellꝭq̄ꝫ munuſ
culis monachoruꝫ. ſpūalia hec et
māſura dona ſuſcipite ac beatum
iob qui adhuc apd latinos iace
bat ī ſtercore ⁊ vermibꝫ ſcatebat
errorū itegrū immaculatūq̄ꝫ gau
dete. Quo enī poſt ꝓbacōeꝫ atꝫ vi
ctoriā duplicia ſūt ei vniūſa red
dita ita ego in ligua noſtra vt au
dacter loquar. feci eū habere que
amiſerat. Igitꝰ et vos ⁊ vnūquēq̄ꝫ
lectorē ſolita prefatione ꝯmoneo
⁊ in pncipijs librorū eadē ſemper
ānectēs rogo vt vbicūq̄ꝫ ſp prece
dētes virgulas videritis. ſciatis ea
q̄ ſbiecta ſūt in hebraicis volumi
nibus non haberi. Porro vbi ſtel
le ymago prefulſerit ex hebreo in
ſermone nr̄o addita ſūt. Necnon
⁊ illa que haberi videbantꝰ et ita
corrupta erāt vt ſēſuꝫ legētibꝰ tol
lerēt orātibus vob magno laborē
correxi magꝭ vtile q̄d ex odio meo
eccīs xp̄i venturū ratus q̄ꝑ ex alio
negocio.

Explicit prologus.

Incipit libꝰ Iob. Ca. i.

Vir erat in terra hus
noīe iob. Et erāt vir
ille ſimplex ⁊ rectus
ac timens deū ⁊ rece
dens a malo. Natiq̄ꝫ
ſūt ei ſeptē filij ⁊ tres filie. Et fuit
poſſeſſio eius ſeptēmilia ouiuꝫ ⁊
triamilia camelorū q̄ngentaq̄ꝫ iu
ga boum ⁊ quingente azine ac fa
milia multa nimis. Eratq̄ꝫ vir ille
magnꝰ inter omēs orientales. Et
ibāt filij eius ⁊ faciebant ꝯuiuiū
domos vnuſquiſq̄ꝫ in die ſuo. Et
mittētes vocabāt tres ſorores ſu
as vt ꝯmederent ⁊ biberēt cū eis.
Cūq̄ꝫ in orbeꝫ tranſiſſent dies ꝯui
uij mittebat ad eos iob ⁊ ſanctifi
cauit illos ꝯſurgēſq̄ꝫ diluculo of
ferebat holocauſta per ſingulos.
Dicebat eī. Ne forte peccauerint fi
lij mei ⁊ bn̄dixerint deo in cordibꝫ
ſuis. Sic faciebat iob cūctis diebꝫ

Quadā autē die cū veniſſent filij
dei ut aſſiſterēt coraʒ dn̄o affuit ī
ter eos etiā ſathan. Cui dixit do
minꝰ. Vn̄ venis. Qui rn̄dēs ait.
Circuiui terraʒ ⁊ pambulaui eam.
Dixitq̄ʒ dn̄s ad eū. Nunq̄d ꝯſide
raſti ſeruuʒ meū iob ꝙ nō ſit ei ſi
milis in terra: hō ſimplex ⁊ rectus
⁊ timēs deū ac recedēs a malo. Cui
rn̄dens ſathā ait. Nunq̄d fruſtra
timet iob deū. Nonne tu vallaſti
eū ac domū eiꝰ vniuerſāq̄ʒ ſbſtā
tiaʒ ꝑ circuitū. Opibꝰ manuū eiꝰ
bn̄dixiſti et poſſeſſio eiꝰ creuit in
terra. Sed extēde paululū manuʒ
tuaʒ ⁊ tange cuncta q̄ poſſidet niſi
in fatiē bn̄dixerit tibi. Dixit ergo
dn̄s ad ſathan. Ecce vniuerſa q̄
hʒ in manu tua ſūt: tm̄ in eum ne
extēdas manū tuaʒ. Egreſſuſq̄ʒ ē
ſathan a fatie dn̄i Cum aūt q̄dā
die filij ⁊ filie eius comederēt ⁊ bi
berent vinū in domo fr̄is ſui p̄mo
geniti: nunciꝰ venit ad iob q̄ dice
ret. Boues arabant ⁊ aſine paſce
bant̄ iuxta eos ⁊ irruerūt ſabei tu
lerūtq̄ʒ ōnia et pueros ꝑcuſſerūt
gladio et euaſi ego ſolꝰ ut nūtia
reʒ tibi. Cūq̄ʒ adhuc ille loq̄retur
venit alt̄ ⁊ dixit. Ignis dei cecidit
e celo ⁊ tactas oues pueroſq̄ʒ con
ſūpſit et effugi ego ſolꝰ ut nūcia
rē tibi. Sʒ ⁊ adhuc illo loq̄nte: ve
nit aliꝰ ⁊ dixit Chaldei fecerūt tres
turmas et inuaſerūt camelos et
tulerūt eos: necnō ⁊ pueros ꝑcuſ
ſerunt gladio ⁊ ego fugi ſolꝰ ut
nuntiareʒ tibi. Adhuc loq̄batur
ille ⁊ ecce alius intrauit ⁊ dixit Fi
lijs tuis ⁊ filiabʒ veſcētibꝰ ⁊ biben
tibꝰ vinū in domo fr̄is ſui primo
geniti: repente ventus vehemēs ir
ruit a regiōe deſerti ⁊ ꝯcuſſit q̄tu
or āgulos domꝰ: que corruēs op
p̄ſſit liberos tuos ⁊ mortui ſunt ⁊
effugi ego ſolꝰ ut nuntiarem tibi
Tūc ſurrexit iob et ſcidit tunicaʒ
ſuā ⁊ tonſo capite corruēs in terraʒ
adorauit ⁊ dixit. Nudꝰ egreſſus
ſū de vtero matris mee ⁊ nudꝰ re
uertar illuc. Dn̄s dedit dominꝰ ab
ſtulit. ſicut dn̄o placuit ita factuʒ
eſt. ſit nomen dn̄i bn̄dictum. In
oībꝰ hijs nō peccauit iob labijs
ſuis: neq̄ʒ ſtultū q̄d contra deū lo
cutus eſt. ¶ Ca. ij.

Factū ē aūt cū quadā die ve
niſſent filij dei ⁊ ſtarēt corā
dn̄o: veniſſetq̄ʒ ſathan inter eos
⁊ ſtaret in ꝯſpectu eiꝰ ut dicēt do
minꝰ ad ſathan Vn̄ venis. Qui
rn̄dēs ait Circuiui terrā ⁊ pābulaui
eā. Et dixit dn̄s ad ſathan. Nun
quid ꝯſideraſti ſeruū meum iob
ꝙ nō ſit ei ſimilis in terra: vir ſim
plex ⁊ rectus et timens deū ac rece
dens a malo et adhuc retinēs in
nocētiam. Tu aūt ꝯmouiſti me
aduerſus eū ut affligerem eū fru
ſtra. Cui rn̄dens ſathan ait. Pel
leʒ ꝓ pelle ⁊ cuncta q̄ habʒ homo
dabit ꝓ anima ſua. Alioquin mit
te manū tuam ⁊ tange os eius ⁊
carnem ⁊ tunc videbis ꝙ in faciē
bn̄dicat tibi. Dixit ergo dn̄s ad
ſathan. Ecce in manu tua ē. verū
tamē animaʒ illiꝰ ſerua. Egreſſus
igit̄ ſathan a fatie domī percuſſit
iob vlcē peſſimo: a planta pedis
vſq̄ʒ ad verticē eius. Qui teſta ſa
niē radebat ſedens ī ſterquilinio
Dixit autē illi vxor ſua. Adhuc tu
permanes ī ſimplicitate tua. Bn̄
dic deo et morere. Qui ait ad illaʒ.

Quaſi vna de ſtultis mulieribus
locuta es. Si bona ſuſcepimus de ma
nu domini: mala quare nõ ſuſtinea
mus. In oīb⁹ hiis nõ peccauit iob
labiis ſuis. Igit̃ audientes tres
amici iob om̄e malū qđ accidiſ
ſet ei venerūt ſinguli de loco ſuo eli
phas themanites et baldad ſui
tes ⁊ ſophar naamathites. Con
dixerāt em̄ vt parit̃ venientes viſi
tarēt eū ⁊ ↄſolarent̃. Cūq; eleuaſ
ſent ꝓcul oculos ſuos nõ cogno
uerunt eū. Et exclamantes plora
uerūt ſciſſiſq; veſtib; ſparſerūt pul
uerē ſup caput ſuū in celū. Et ſede
rūt cū eo in terra ſeptē diebus ⁊
ſeptē noctib; ⁊ nemo loquebatur
ei verbū. Videbāt em̄ dolorē eſſe
vehemētem. Ca. iii.

POſt hec aperuit iob os ſuū
⁊ maledixit diei ſuo ⁊ locut⁹
ē. Pereat dies in q̃ nat⁹ ſū ⁊ nox
in qua dictū ē ↄcept⁹ ē homo. Di
es illa vertatur in tenebras. Nõ re
quirat eū deus deſup ⁊ non illuſtret
lumine. Obſcurēt eū tenebre ⁊ vm
bra mortis. Occupet eū caligo ⁊ in
uoluat̃ amaritudine. Noctē illā te
nebroſus turbo poſſideat. Nõ com
putet̃ in dieb⁹ anni nec numeretur
in mēſibus. Sit nox illa ſolitaria
nec laude digna. Maledicant ei q̃
maledicūt diei q̃ parati ſūt ſuſcitare
leuiathan. Obtenebrentur ſtelle
caligine ei⁹. Expectet lucē ⁊ nõ vi
deat nec ortum ſurgentis aurore.
Quia nõ ↄcluſit oſtia ventris q̃ por̃
uit me nec abſtulit mala ab ocu
lis meis. Quare nõ in vulua mor
tuus ſū. egreſſus ex vtero nõ ſta
tim perii. Quare except⁹ genib⁹
cur lactat⁹ vberib;. Nunc em̄ dor
miēs ſilerē ⁊ ſono meo requieſce
rē cū regibus ⁊ ↄſulib; terre. qui
edificāt ſibi ſolitudines q̃ cū pri
cipib⁹ q̃ poſſident aurū ⁊ replent
domos ſuas argēto. Aut ſicut ab
ortiuū abſcõditum nõ ſubſiſterē
vl̃ q̃ ↄcepti non viderūt lucē. Ibi
impii ceſſauerūt a tumultu et ibi
requieuerūt feſſi robore ⁊ quondā
vincti pariter ſine moleſtia. Non
exaudierunt vocē exactoris. Par
uus ⁊ magnus ibi ſūt ⁊ ſeru⁹ lib̃
a dño ſuo. Quare miſero data eſt
lux ⁊ vita hiis q̃ i amaritudine ani
me ſūt. Qui expectāt mortē ⁊ nõ
venit quaſi effodientes theſaurū
gaudētq; vehemēter cū inuenerint
ſepulchrū. Viro cui⁹ abſcondita
ē via ⁊ circūdedit eū de⁹ tenebris.
Anteq̃ ↄmedā ſuſpiro ⁊ q̃ſi inun
dātes aque ſic rugit⁹ meus q̃r ti
mor quē timebam euenit mihi ⁊
qđ verebar accidit. Nõne diſſimu
laui. Nõne ſilui. Nõne quieui.
Et venit ſup me indignatio. Ca. iiii.

REſpondens aūt eliphas the
manites dixit. Si ceperimus
loqui tibi forſitan moleſte accipi
es. Sed ↄceptū ſmonē tenere q̃s
poterit. Ecce docuiſti multos ⁊ ma
nus laſſas roboraſti. Vacillātes
ↄfirmauerūt ſmones tui ⁊ genua
tremētia ↄfortaſti. Nūc aūt venit ſu
per te plaga ⁊ defeciſti tetigit te ⁊
ↄturbat⁹ es. Timor tuus. fortitu
do tua ⁊ paciētia tua ⁊ pfectio via
rū tuarū. Recordare obſecro te q̃s
vnq̃ innocens periit aut qñ recti
deleti ſūt. Quin poti⁹ vidi eos q̃
operant̃ iniqtatē ⁊ ſemināt dolo
res ⁊ metūt eos flāte deo periſſe ⁊
ſpū ire eius eē ↄſūptos. Rugitus

leonis ⁊ vox leene et dẽtes catulo/
rū leonū ꝯtriti sunt Tigris periit
eo ꝙ nō haberet predā ⁊ catuli le/
onis dissipati sunt. Porro ad me
dictū est verbū absc̄ōditū et q̄si
furtiue suscepit auris mea venas
susurrii eiꝰ. In horrore visiōis no
cturne qn̄ solet sopor occupare ho/
mines: pauor tenuit me ⁊ tremor
⁊ ōnia ossa mea ꝑterrita sūt Et cū
spūs me p̄nte trāsiret inhorruerūt
pili carnis mee. Stetit quidā cuiꝰ
nō agnoscebā vultū: ymago co/
raꝫ oculis meis ⁊ vocē quasi aure
lenis audiui. Nunq̄d homo dei cō/
parōne iustificabitur: aut factore
suo purior erit vir. Ecce q̄ seruiūt
ei nō sūt stabiles: ⁊ in āgelis suis
reperit p̄uitatē. Quāto magis hij
qui habitāt domos luteas q̄ tre/
nū habēt fundamentū cōsumen/
tur velut a tinea: de mane vsq̄ ad
vesperā succidētur ⁊ q̄ nullꝰ intel/
ligit in eternū peribūt. Qui autē
reliqui fuerint auferent̄ ex eis mo/
rient̄ ⁊ nō in sapiētia. ¶ Ca. v.

Uoca ergo si est q̄ tibi rn̄deat
⁊ ad aliquē scōꝝ cōuertere
Virū stultū interficit iracundia ⁊
paruuluꝫ occidit inuidia. Ego vi/
di stultū firma radice ⁊ maledixi
pulchritudini eiꝰ stati. Lōge fiēt
filij eiꝰ a salute ⁊ cōterentur i por/
ta ⁊ non erit q̄ eruat. Cuiꝰ messē
famelicꝰ comedet ⁊ ipsū rapiet ar/
matus ⁊ bibēt sitientes diuitias
eiꝰ. Nihil in terra sine causa fit ⁊
de humo nō orient̄ dolor Hō ad la/
borē nascitur ⁊ auis ad volatū.
Quā ob rē ego dep̄cabor dn̄m et
ad deū ponam eloquiū meū. Qui
facit magna ⁊ iscrutabilia ⁊ mira/
bilia absq̄ nūero. Qui dat pluui/
am sup faciem terre ⁊ irrigat aq̄s
vniuersa Qui ponit humiles i sb/
lime ⁊ merentes erigit sospitate.
Qui dissipat cogitationes malig/
norū: ne possint implere manꝰ eo/
rū q̄d ceperant. Qui apprehendit
sapientes in astutia eoꝝ ⁊ cōsili/
um prauoꝝ dissipat. Per dieꝫ in/
current tenebrīs ⁊ quasi in nocte
sic palpabunt in meridie. Porro
saluū faciet egenū a gladio oris
eorū ⁊ de manu violenti pauperē
Et erit egeno spes iniquitas autē
contrahet os suum. Btūs homo
qui corripitur a dn̄o. Increpatio/
nem ergo dn̄i ne reprobes. q̄a ip/
se vulnerat ⁊ medetur: ꝑcutit ⁊ ma/
nꝰ eius sanabunt. In sex tribula/
cōnibꝰ liberabit te ⁊ in septia nō
tanget te malū. In fame eruet te
de morte et in bello de manu gla/
dij. A flagello lingue absconderis
⁊ non timebis calamitatem cū ve/
nerit. In vastitate ⁊ fame ridebis
bestias tre nō formidabis. Sꝫ cū la/
pidibꝰ regionū pactū tuū ⁊ bestie
tre pacifice erūt tibi Et scies ꝙ pa/
cē hēat tabnaculū tuū et visitans
spetiē tuā nō peccabis. Scies q̄ qm̄
multiplex erit semē tuū et ꝓgeni/
es tua quasi herba terre Ingredi/
eris in abūdantia sepulchrū: sic
infertur aceruus in tēpe suo. Ec/
ce hoc ut inuestigauimus ita est
quod auditum mente pertracta.

¶ Capitulū. vi.

Respondens autē iob dixit.
Utinā appenderent̄ peccata
mea quibꝫ iram merui: et calami/
tas quā patior in statera quasi
arena maris hec grauior apparet.

Vñ ⁊ verba mea dolore ſũt plena
qꝛ ſagitte dñi in me ſũt quaꝝ in
dignacõ ebibit ſpũm meũ ⁊ ter
rores dñi militant cõtra me Nun
q̃d rugiet onager cũ habueit her
bã aut mugiet bos cum añ preſe
pe plenũ ſteterit. Aut poterit co
medi inſulſũ qd ñ ẽ ſale cõditũ.
Aut poteſt aliquis guſtaẽ quod
guſtatum affert mortem. Anime
enim eſurienti etiã amara dulcia
eẽ videntꝛ. q̃ priꝰ nolebat tangere
anima mea nũc pre anguſtia cibi
mei ſunt. Quis det vt veniat peticio
mea ⁊ qd expecto tribuat mihi de
us ⁊ qui cepit ipſe me ꝯterat. Sol
uat manũ ſuã ⁊ ſuccidat me ⁊ hec
mihi ſit cõſolacio vt affligẽs me
dolore non pcat nec ꝯtradicã ſer
mõib; ſancti. Que ẽ eñi fortitudo
mea vt ſuſtineã aut q̃s finis me
us vt patientꝛ agã. Nec fortitudo
lapidum fortitudo mea nec caro
mea enea ẽ. Ecce nõ eſt auxilium
m̃i in me ⁊ neceſſarij q̃ꝫ mei receſſe
rũt a me. Qui tollit ab amico ſuo
miſericordiã timorẽ dñi derelinq̃t.
Frẽs mei preterierũt me ſicut tor
rens q̃ raptim trãſit in cõuallibꝰ
Qui timẽt pruinã irruet ſuper eos
nix. Tẽpe quo fuerint diſſipati pe
ribunt ⁊ vt incaluerint ſoluẽtꝛ de
loco ſuo Inuolute ſũt ſemite greſ
ſuũ eoꝝ ãbulabũt in vacuũ ⁊ pe
ribũt. Cõſiderate ſemitas themã
itinera ſaba ⁊ expectate pauliſp.
Cõfuſi ſũt quia ſperaui Venerũt
q̃ꝫ vſq; ad me ⁊ pudoꝛe cooperti ſũt
Nũc veniſtis ⁊ modo vidẽtes pla
gã meã timetis. Nũq̃d dixi affer
te mihi ⁊ de ſubſtãtia vrã donate
m̃i vel liberate me de manu hoſtis

⁊ de manu robuſtoꝝ eruite. Do
cete me ⁊ ego tacebo ⁊ ſi q̃d forte
ignoraui inſtruite me. Quare de
traxiſtis ſermonibꝰ veritatis cum
e vobis nullꝰ ſit q̃ poſſit arguere.
Ad increpãduz tm̃ eloquia ꝯcin
natis ⁊ in vẽtũ verba pfertis. Su
per pupillũ irruitis ⁊ ſbuertere ni
timini amicũ vrm̃. Verũtamẽ qd
cepiſtis explete. Prebete aurem ⁊
videte an mẽtiar. Reſpondete ob
ſecro abſq; ꝯtencõne ⁊ loquẽtes
id qd iuſtũ ẽ iudicate. Et nõ inue
nietis in lingua mea iniq̃tatẽ nec
in faucibꝰ meis ſtulticia perſona
bit.

### Capi. vij.

Milicia ẽ vita hõis ſup terraz
⁊ ſicut dies mercẽnarij dies
eius. Sic ceruꝰ deſiderat vmbram
⁊ ſic mercẽnarius p̃ſtolatꝛ finem
opis ſui ſic ⁊ ego habui mẽſes va
cuos ⁊ noctes laborioſas enume
raui mihi. Si dormiero dico quã
do ꝯſurgã ⁊ rurſuz expectabo veſpe
rã ⁊ replebor doloib; vſq; ad tene
bras. Induta ẽ caro mea putredi
ne ⁊ ſordibꝰ pulueris cutis mea
aruit ⁊ ꝯtracta ẽ. Dies mei velociꝰ
tranſierũt q̃ꝫ a texẽte tela ſuccidi
tur ⁊ ꝯſũpti ſũt abſq; vlla ſpe. Me
mẽto qꝛ ventꝰ ẽ vita mea ⁊ nõ re
uertetꝛ oclus meꝰ vt videat bona
nec aſpiciet me viſus hõis. Oculi
tui in me ⁊ nõ ſbſiſtã. Sic ꝯſumitꝛ
nubes ⁊ ptranſit. ſic q̃ deſcenderit
ad inferos nõ aſcẽdet nec reuerte
tur vltr̃ i domũ ſuã neq; ꝯgnoſcet
eũ ãplius locus eius. Quapropꝛ
⁊ ego ñ pcaz ori meo loq̃r i tribu
lacõne ſpũs mei cõfabulabor cuz
amaritudĩe aĩe mee. Nũq̃d mare
ego ſũ aut cetꝰ qꝛ circũdediſti me

carcere. Si dixero ↄſolabit̃ me le
ctulꝰ meꝰ et releuator loquẽs me
cũ in ſtr̃tu meo: terrebis me ꝑ ſõ
nia et ꝑ viſiones horrore ↄcuties.
Quã ob rem elegit ſuſpendiũ ani
ma mea et mortẽ oſſa mea. Deſpe
raui. Nequaq̃ vlt̃ iã viuã. Par
ce mihi: nihil ei ſũt dies mei Quid
eſt homo ꝙ magnificas eũ: ã q̃d
appõis erga eũ cor tuum. Viſi
tas eum diluculo et ſubito ꝓbas
illũ. Vſq₃quo nõ parcis mihi: nec
dimittis me ut glutiã ſaliuã me
am. Peccaui. Quid faciã tibi o cu
ſtos hominũ. Quare poſuiſti me
contrariũ tibi ⁊ factꝰ ſũ mihimet
ipſi grauis. Cur non tollis pcc̃m
meũ ⁊ quare nõ auferſ iniq̃tatẽ
meã. Ecce nũc in puluere dormiã
et ſi mane me queſieris nõ ſubſi
ſtam.

Ca. viij.

Reſpondẽs autẽ baldath ſui
tes dixit Vſq₃q̊ loq̃ris talia
et ſpũs mĺtiplex oĩs ſmõis tui.
Nũq̃d deꝰ ſupplãtat iuditiũ: aut
õnipotẽs ſubuertit q̃d iuſtũ eſt.
Etiã ſi filij tui peccauerũt ei ⁊ dimi
ſit eos i manu iniq̃tatis ſue: tu ta
mẽ ſi diluculo cõſurrexeris ad de
um ⁊ omnipotentẽ fueris deꝑcatꝰ
ſi mundꝰ ⁊ rectus inceſſeris: ſtatĩ
euigilabit ad te ⁊ pacatũ reddet
habitaculũ iuſtitie tue: intantũ ut
ſi priora tua fuerint parua et no
uiſſima tua multiplicẽtur nimis.
Interroga enĩ gñacõnẽ ꝑſtinã ⁊
diligẽter inueſtiga patrũ memori
am. heſterni q̃ppe ſumꝰ ⁊ ignora
mꝰ. qm̃ ſicut vmbr̃ dies nr̃i ſũt ſu
ꝑ terrã ⁊ ipſi docebũt te. Loquẽ
tur tibi ⁊ de corde ſuo ꝓferent elo
quia. Nunq̃d viuere põt ſcirpus

abſq₃ hũore aut creſcẽ carectũ ſi
ne aqua. Cũ adhuc ſit in flore
nec carpat̃ manu añ oẽs herbas
areſcit: ſic vie õmũ q̃ obliuiſcũt̃
deum ⁊ ſpes ypocrite ꝑibit. Nõ ei
placebit vecordia ſua ſic tela ara
nearũ fiducia eiꝰ. Innitet̃ ſup do
mũ ſuã ⁊ nõ ſtabit: fulciet eam ⁊
nõ cõſurget. Humectꝰ videt̃ añq̃
veniat ſol ⁊ in ortu ſuo germẽ eiꝰ
egrediet̃. Sup aceruũ petrarũ ra
dices eiꝰ denſabũt̃ ⁊ int̃ lapides
cõmorabit̃. Si abſorbuerit eũ de
loco ſuo negabit eũ et dicet Non
noui te. Hec ẽ enĩ leticia vie eius
ut rurſũ de terra alij germinẽtur
Deꝰ nõ ꝓiciet ſimplicẽ: nec porri
get manũ malignis donec imple
atur riſu os tuũ et labia tua iubi
lo. Qui oderũt te induẽtur ↄfuſio
ne ⁊ tabernaculũ impiorũ non ſub
ſiſtet.

Ca. ix.

Et rñdẽs iob ait. Vere ſcio
ꝙ ita ſit ⁊ ꝙ nõ iuſtificet̃ hõ
ↄpoſitꝰ deo. Si voluerit ↄtẽdẽ cũ eo
nõ poterit rñdẽ ei vnũ ꝓ mille. Sa
piẽs corde ẽ ⁊ fortis robore Quis re
ſtitit ei ⁊ pacẽ habuit. Qui tranſtu
lit mõtes ⁊ neſcierũt hij quos ſub
uertit in furore ſuo. Qui ↄmouet
terrã de loco ſuo ⁊ colũne eiꝰ ↄcu
tiũtur. Qui precipit ſoli ⁊ nõ orit̃
⁊ ſtellas claudit quaſi ſub ſigulo
Qui extendit celos ſolꝰ ⁊ gradit̃
ſup fluctꝰ maris. Qui facit arctu
rum ⁊ orionaa ⁊ hyadas et interi
ora auſtri. Qui facit magna ⁊ in
cõprehenſibilia et mirabilia q̊rũ
nõ eſt nũerꝰ Si venerit ad me nõ
videbo eũ. ſi abierit nõ intelligã Si
repẽte interroget quis rñdebit ei.
Vel quis dicere poteſt cur facis.

Deus cuius ire nemo reſiſtere pōt
⁊ ſub quo curuātur q̄ portāt orbē.
Quātus ergo ſū ego vt rn̄deā ei ⁊
loquar verbꝪ meis cū eo. Qui etiā
ſi habuero quippiā iuſtū n̄ reſpō
debo ſed meū iudicē dep̄cabor. Et
cum inuocātē me exaudierit nō
credo ꝙ audierit vocē meā. In tur
bine ei conteret me ⁊ multiplicabit
vulnera mea etiā ſine cauſa. Nō
concedit requieſcere ſpūm meū ⁊ im
plet me amaritudinibꝫ. Si fortitu
do q̄ritur robuſtiſſimꝰ ē. Si eq̄tas
iudicij nemo audet ꝓ me teſtimoni
um dicere. Si iuſtificare me volue
ro os meū cōdemnabit me. Si in
nocentē oſtēdero prauū me ꝓpro
babit. Etiā ſi ſimplex fuero hoc ip
ſum ignorabit aīa mea ⁊ tedebit
me vite mee. Vnū ē qd̄ locutꝰ ſū
⁊ innocentem ⁊ impiū ipſe ꝯſumit.
Si flagellat occidat ſemel ⁊ non
de penis innocētum rideat. Terra
data ē in manꝰ impij vultū iudi
cum eiꝰ operit. Qd̄ ſi nō ille ē quis
ergo eſt. Dies mei velociores fue
rūt curſore fugerūt ⁊ nō viderunt
bonū. Pertrāſierūt quaſi naues
poma portantes ſic aquila volās
ad eſcā. Cū dixero nequaq̄ ita lo
quar cōmuto faciē meā ⁊ dolore
torqueor. Verebar oīa opa mea
ſciens ꝙ nō parceres delinquēti. Si
aūt ⁊ ſic impius ſū quare fruſtra
laboraui. Si lotus fuero q̄ſi aq̄s
niuis ⁊ fulſerint velut mūdiſſime
manꝰ mee tn̄ ſordibus intingues
me ⁊ abhominabunt me veſtimēta
mea. Neq; enī viro q̄ ſimilis mei ē
rn̄debo nec qui mecū in iuditio ex
eq̄ poſſit audiri. Nō ē qui vtrūq;
valeat arguē ⁊ ponere manū ſuā
in ābobus. Auferat a me virgam
ſuā ⁊ pauor eius nō me terreat.
Loquar ⁊ nō timebo eū. Neq; enī
poſſū metuēs rn̄dere. Ca. x.

Tedet aīam meam vite mee di
mittā aduerſū me eloquiū
meū. Loquar in amaritudīe aīe
mee dicā deo noli me ꝯdēnare
Indica m̄ cur me ita iudices. Nū
q̄d bonū tibi videtur ſi calūnieris
⁊ opprimas me. opus manuū tu
arū ⁊ ꝯſiliū impiorū adiuues. Nū
q̄d oculi carnei tibi ſūt aut ſic videt
homo ⁊ tu videbis. Nūquid ſic di
es hoīs dies tui ⁊ anni tui ſic hūa
na ſūt tēpora vt q̄ras iniquitatē
meā ⁊ pc̄tm̄ meū ſcruteris. Et ſci
as ꝙ nihil impiū fecerim cū ſit ne
mo qui de manu tua poſſit eruere
Manꝰ tue fecerūt me ⁊ plaſmaue
rūt me totū in circuitu ⁊ ſic repēte
precipitas me. Memento q̄ſo ꝙ
ſicut lutū feceris me ⁊ in puluerē
reducēs me. Nōne ſicut lac mulci
ſti me ⁊ ſic caſeū me coagulaſti.
Pelle ⁊ carnibꝫ veſtiſti me oſſibꝫ
⁊ neruis ꝯpegiſti me. Vitā ⁊ miſe
ricordiā tribuiſti m̄ ⁊ viſitatō tua
cuſtodiuit ſpūm meū. Licꝫ hec ce
les ī corde tuo tamē ſcio ꝙ vniuer
ſorū memineris. Si peccaui ⁊ ad
horā pepciſti mihi cur ab iniq̄ta
te mea mūdū me eē nō pateris.
Et ſi impius fuero ve m̄ eſt ⁊ ſi iu
ſtus nō leuabo caput ſaturatꝰ af
flictōne ⁊ miſeria. Et propter ſup
biā quaſi leena capies me reuer
ſuſq; mirabiliť me crucias Inſtau
ras teſtes tuos cōtra me ⁊ multi
plicas irā tuam aduſū me ⁊ pene
militant ī me. Quare de vulua edu
xiſti me. Qui vtinam cōſumptus

essem ne oculꝰ me viderēt. Fuisseꝫ
quasi q̄ nō esseꝫ de vtero trāslatꝰ
ad tumulū. Nunq̄d nō paucitas
dierū meorū finiet̄ breui? Dimitte
ergo me ut plāgā paululū dolo-
rem meū anteq̄ vadā ⁊ nō reuer-
tar ad terram tenebrosā ⁊ opertā
mortis caligine terrā miserie ⁊ te-
nebrarū: vbi vmbra mortis ⁊ nul-
lus ordo. sed sempiternꝰ horror in-
habitās. Ca. xi.

Respondēs autē sophar naa-
mathites dixit. Nunq̄d qui
multa loq̄tur nō audiet? aut vir ver-
bosus iustificabit̄? Tibi soli tace-
bunt hōies et cū ceteros irriseris
a nullo cōfutaberis? Dixisti enim
Purus ē sermo meꝰ ⁊ mūdꝰ sū in
cōspectu tuo. Atq̄ vtinā deꝰ loq̄-
retur tecū ⁊ aperiret labia sua tibi
ut ostēderet tibi secreta sapiētie et
q̄ multiplex esseꝫ lex eiꝰ ⁊ intellige-
res q̄ multo minora exigaris ab
eo q̄ meret̄ iniq̄tas tua. Forsitan
vestigia dei cōprehēdes ⁊ vsq̄ ad p-
fectum ōipotētē reperies? Excelsi-
or celo est. Et qd facies? Profūdi-
or inferno et vn̄ cognosces? Lōgi-
or terra mensura eius ⁊ latior ma-
ri. Si subuerterit ōnia vel in vnū
coartauerit q̄s contradicet ei vel
quis dicē ei potest: cur ita facis?
Ipse enim nouit hominū vanita-
tē et vidēs iniquitatē nonne cōside-
rat? Vir vanꝰ in supbiam erigit̄
et tanq̄ pullū onagri se liberū na-
tum putat. Tu autē firmasti cor
tuū et expandisti ad eum manꝰ
tuas. Si iniquitatē que est in ma-
nu tua abstuleris a te et nō man-
serit in tabnaculo tuo iniusticia:
tūc leuare poteris faciē tuā absq̄
macula ⁊ eris stabilis ⁊ nō time-
bis. Miserie q̄ obliuisceris ⁊ qua-
si aq̄rū q̄ preterierūt nō recordabe-
ris ⁊ q̄si meridianꝰ fulgor cōsurget
tibi ad vesperā. Et cū te cōsūptū pu-
taueris orieris ut lucifer ⁊ habe-
bis fiduciam pposita tibi spe et de-
fossus securꝰ dormies. Requiesces ⁊
nō erit q̄ te exterreat ⁊ deprecabū-
tur faciē tuā plurimi. Oculi autē
impiorū deficiēt et effugiū peribit
ab eis ⁊ spes illorū abhōiatō aīe.

Respōdēs āt iob di- Ca. xii.
xit. Ergo vos estis soli hōies
⁊ vobiscū orietur sapientia? Et m̄
est cor sic̄ ⁊ vobis nec inferior vr̄i
sum. Quis enī hec q̄ nostis igno-
rat? Qui deridet̄ ab amico suo sic̄
ego: inuocabit deū ⁊ exaudiet eū.
Deridetur enī iusti simplicitas: lā-
pas cōtempta apud cogitatōes
diuitū parata ad tēpꝰ statutum.
Abūdant tabnacula predonū et
audacter puocant deū cū ipse de-
derit ōnia in manꝰ eorū. Nimirū in-
terroga iumēta ⁊ docebūt te ⁊ vo-
latilia celi ⁊ indicabūt tibi. Loq̄re
terre ⁊ rn̄debit tibi et narrabunt
pisces maris. Quis ignoat q̄ om-
nia hec manꝰ dn̄i fecit? In cuius
manu aīa ōis viuētis et spūs
vniuerse carnis hōis. Nōne auris
verba diiudicat et fauces cōmedē-
tis saporē? In antiq̄s ē sapiētia ⁊
in multo tp̄e prudētia. Apud ipꝫ
ē sapiā ⁊ fortitudo ⁊ ipse hꝫ cōsiliū ⁊
itelligētiā. Si destruxerit nēo ē q̄
edificeꝫ. si icluserit hōiem nullꝰ ē q̄
apiat. Si cōtinuerit aq̄s oīa siccabū-
tur. si emiserit eas sbūtet t̄rā. Apd
ipsū ē fortitudo ⁊ sapiētia. Ipse no-
uit et decipientē et eū q̄ decipitur

Adducit ꝯſiliarios in ſtultū finē
⁊ iudices i ſtuporē. Baltheū regū
diſſoluit ⁊ precīgit fune renes eo-
rū. Ducit ſacerdotes in glorios ⁊
optimates ſupplantat. Cōmutās
labiū veraciū ⁊ doctrinā ſenū au-
ferens. Effudit deſpectōe3 ſup prī-
cipes ⁊ eos q̄ oppreſſi fuerant rele-
uās. Qui reuelat profūda de tene-
bris ⁊ ꝓducit in lucē vmbrā mor-
tis. Qui multiplicat gētes ⁊ ꝑdit
eas ⁊ ſubuerſas in integꝝ reſtitu-
it. Qui immutat cor prīcipū popu-
li terre ⁊ decipit eos vt fruſtra in-
cedāt per inuiū. Palpabūt quaſi
in tenebris ⁊ non in luce ⁊ errare
eos faciet q̄ſi ebrios. Ca. xiij.

Ecce oīa hec vidit ocul9 me-
us ⁊ audiuit auris mea ⁊
intellexi ſingula. Scđm ſciētia3 ve-
ſtrā ⁊ ego noui nec inferior veſtri
ſū. Sed tn̄ ad ōnipotentē loquar
⁊ diſputare cū deo cupio pri9 vos
oſtēdens fabricatores mēdaciȷ ⁊
cultores ꝑuerſoꝝ dogmatū. Atq3
vtina3 taceritis vt putaremini eē
ſapiētes. Audite ergo correpcio-
nes meas ⁊ iuditiū labiorū meo-
rū attendite. Nūquid de9 indiget
veſtro mēdacō vt ꝓ illo loq̄mini
dolos. Nunq̊d faciē ei9 accipitis
⁊ pro deo iudicare nitimini. Aut
placebit ei quē celare nihil pōt q̊
decipieẗ vt homo vr̄is fraudulen-
ciȷs. Ipſe vos arguet quoniā in
abſcōdito faciē ei9 accipitis. Sta-
tim vt ſe ꝯmouerit turbabit vos
⁊ terror ei9 irruet ſup vos. Memo-
ria vr̄a ꝯparabiẗ cineri ⁊ redigē-
tur in lutum ceruices vr̄e. Tacete
pauliſp vt loq̄r q̊dcunq3 m̄ mēs
ſuggeſſerit. Quare lacero carnes
meas dentibus meis ⁊ aīam meā
porto i manib3 meis. Etia3 ſi occi-
derit me in ipſo ſperabo. Verūtam̄
vias meas in ꝯſpectu ei9 arguam
⁊ ipſe erit ſaluator me9. Nō eni3 ve-
niet in ꝯſpectu ei9 omnis ypocrita.
Audite ſermonē meu3 ⁊ enigma-
ta ꝑcipite aurib3 vr̄is. Si fuero iu-
dicat9 ſcio ꝙ iuſt9 inueniar. Quis
ē qui iudicetur mecum. Veniat.
Quaē tacens conſumor. Duo tm̄
ne facias mihi ⁊ tunc a facie tua
nō abſcondar. Manū tuā longe
fac a me ⁊ formido tua nō me ter-
reat. Voca me ⁊ rn̄debo tibi q̊ cer-
te loquar ⁊ tu rn̄de mihi. Quātas
habeo iniq̊tates ⁊ peccata ſcelera
mea ⁊ delicta oſtēde mihi. Cur fa-
ciē tuā abſcōdis ⁊ arbitraris me
inimicū tuū. Contr̄ foliū q̊d vēto
rapitur oñdis potētiam tua3 ⁊ ſti-
pulam ſiccam pſequeris. Scribis
em̄ contr̄ me amaritudines ⁊ ꝯſu-
mere me vis peccatis adoleſcentie
mee. Poſuiſti in neruo pedē meu3
⁊ obſeruaſti om̄es ſemitas meas
⁊ veſtigia pedū meorū ꝯſideraſti.
Quia q̄ſi putredo ꝯſumēdus ſum
⁊ q̄ſi veſtimētū q̊d ꝯmediẗ a tinea.
Homo natus de muliere breui vi-
uēs tēpore repletur multis miſeri-
is. Qui q̄ſi flos egredieẗ ⁊ ꝯteritur
et fugit velut vmbra ⁊ nunq̄ȝ in
eodē ſtatu ꝑmanet. Et dignu3 du-
cis ſup huiuſcemōi aperiē oculos
tuos ⁊ adducere eū tecū in iudici-
um. Quis pōt facere mūdū de im-
mūdo ꝯceptū ſemine. Nōne tu q̊
ſolus es. Ca. xiiij.

Breues dies hōis ſunt nume-
rus mēſiū ei9 apud te ē. Con-
ſtituiſti terminos ei9 q̊ preteriri n̄

potuerūt. Recede paululū ab eo vt
quieſcat: donec optata veniat ſic̄
mercēnarij dies eiꝰ. Lignū habꝫ
ſpem. Si preciſū fuerit: rurſū vire
ſcit ⁊ rami eiꝰ pullulant. Si ſenu
erit in terra radix eiꝰ ⁊ in puluere
emortuꝰ fuerit truncus illius ad
odoreꝫ aque germinabit ⁊ faciet
comā quaſi cū primū plantatū ē
Hō vero cū mortuꝰ fuerit ⁊ nuda
tus atꝫ ꝯſumptꝰ vbi queſo eſt.
Quō ſi recedāt aque de mari ⁊ flu
uius vacue factꝰ areſcat: ſic hō cū
dormierit non reſurget Donec at
teratur celum nō euigilabit: nec
conſurget de ſomno ſuo Quis mi
hi hoc tribuat vt ī inferno prote
gas me ⁊ abſcondas me donec p̄
tranſeat furor tuꝰ ⁊ cōſtituas mi
hi tempꝰ in quo recorderis mei.
Putaſne mortuus homo rurſū vi
uet. Cunctis diebꝰ quibꝫ nūc mi
lito: expecto donec veniat immu
tatō mea. Vocabis me et ego re
ſpondebo tibi. Operi manuū tuaꝝ
porriges dexterā Tu quidem greſ
ſus meos dinumeraſti. ſed parce
peccatis meis. Signaſti quaſi in ſac
culo delicta mea. ſ; curaſti iniq̄ta
tē meā. Mōs cadēs defluit ⁊ ſaxuꝫ
tranſfert de loco ſuo. Lapides ex
cauāt aque ⁊ alluuiōe paulatim
terra ꝯſumitur ⁊ hoīes ergo ſimili
ter p̄des. Roboraſti eū paululum
ne imppetuū trāſiret. Immutab
facieꝫ eius ⁊ emittes eū. Siue no
biles fuerit filij eius ſiue ignobi
les nō intelliget Attamē caro eiꝰ
dum viuet dolebit ⁊ aīa illiꝰ ſup
ſemetipſo lugebit. Ca. xv.

Reſpōdens autē eliphā thea
nites dixit Nunq̄d ſapiens
reſpondebit quaſi in ventū loquēs et
implebit ardore ſtomachū ſuū.
Arguis verbis eum qui nō eſt eq̄
lis tui ⁊ loqueris qđ tibi nō expe
dit. Quātū in te ē euacuaſti timorē
et tuliſti preces coraꝫ deo. Docuit
eī iniq̄tas tua os tuū ⁊ imitaris li
guaꝫ blaſphemātiū. Cōdēnabit
te os tuū ⁊ nō ego ⁊ labia tua re
ſpondebūt tibi. Nunq̄d primꝰ hō
tu natus es ⁊ ante colles formatꝰ
Nunq̄d ꝯſilium dei audiſti ⁊ infe
rior te erit eiꝰ ſapientia. Quid no
ſti qđ ignoremꝰ quid ītelligis qđ
neſciamꝰ. Et ſenes ⁊ antiqui ſūt
in nobis multo vetuſtiores q̄ꝫ pa
tres tui. Nunq̄d grande eſt vt cō
ſoletur te deꝰ. Sed verba tua pra
ua hoc ꝓhibēt. Quid te eleuat cor
tuū ⁊ quaſi magna cogitās atto
nitos habes oculos. Quid timet
con̄ deum ſpūs tuus vt ꝓferas de
ore tuo huiuſcemōi ſmōes Quid
eſt homo vt immaculatꝰ ſit ⁊ vt
iuſtꝰ appareat natus de muliere.
Ecce inter ſanctos eiꝰ nemo imu
tabilis et celi nō ſunt mūdi in cō
ſpectu eius: q̄nto magis abhomia
bilis ⁊ inutilis homo qui bibit q̄
ſi aquā iniquitatē. Oſtendaꝫ tibi
audi me quod vidi narrabo tibi
Sapientes confitētur ⁊ nō abſcō
dunt p̄res ſuos Quibꝫ ſolis data
eſt terra ⁊ non tranſiuit alienus
p̄ eos Cūctis diebꝫ ſuis impiꝰ ſup
bit ⁊ nūerꝰ annoꝝ incertꝰ eſt ty
rānidis eiꝰ. Sonitꝰ terroris ſemp
in auribꝰ illiꝰ ⁊ cū pax ſit: ille ſēp
īſidias ſuſpicat̄. Nō credit q̄ reu
ti poſſit de tēbris ad lucē circūſpe
ctās vndiqꝫ gladiū cū ſe moueit
ad q̄rendū panē. Nouit q̄ paratꝰ

ſit in manu ei⁹ tenebrarꝫ dies Ter
rebit eū tribulacō et āguſtia val
labit eū ſicut regē qui preparatur
ad preliū Tetēdit aduerſus deū
manū ſuā et ꝯtᷓ omnipotētē robo
rat⁹ eſt Cucurrit aduerſus eū ere
cto collo ꝛ pīgui ceruice armat⁹
eſt. Operuit faciē ei⁹ craſſitudo et
de lateribus ei⁹ aruina depēdet.
Habitauit in ciuitatib⁹ deſolatis
ꝛ in domibꝫ deſertis q̄ in tumulos
ſunt redacte Nō ditabitur nec perſe
uerabit ſubſtātia ei⁹ nec mittet ī
terraꝫ radicē ſuaꝫ. Nō recedet de te
nebris. Ramos eius areſaciet flā
ma et auferetur ſpū oris eius. Non
credet fruſtra errore decept⁹ ꝙ ali
quo pcio redimēdus ſit. Anteꝙ̄
dies eius impleantur pibit et man⁹
ei⁹ areſcēt. Ledetur q̄ſi vinea in p
mo flore botrus ei⁹ ꝛ quaſi oliua
ꝓiciēs florē ſuū. Cōgregacō em̄
ypocrite ſterilis ꝛ ignis deuorabit
tabernacula eoꝝ q̄ munera liben
ter accipiūt. Cōcepit dolorē et pe
perit iniq̄tatē et vter⁹ ei⁹ prepat
dolos. Ca. xvi.

Reſpondēs aūt iob dixit. Au
diui frequenter talia. Cōſolatores
oneroſi omēs vos eſtis. Nūquid
habebūt finē verba vētoſa. Aut
aliq̄d tibi moleſtū ē ſi loquaris.
Poterā ꝛ ego ſimilia vr̄i loq̄. Atqꝫ
vtinā eſſet aīa vr̄a ꝓ anima mea
Cōſolarer et ego vos ſermonib⁹
ꝛ mouerē caput meū ſup vos Ro
borarem vos ore meo ꝛ mouerē la
bia mea q̄ſi pcens vobis. Sed q̄d
agam. Si locut⁹ fuero nō q̄eſcit
dolor meus ꝛ ſi tacuero nō recedet
a me. Nūc aūt oppreſſit me dolor
me⁹ ꝛ in nihilū redacti ſūt oēs ar
tus mei. Ruge mee teſtimonium
dicunt contᷓ me ꝛ ſuſcitatur falſilo
quus adūſus faciē meā ꝯtᷓdicēs
m̄. Collegit furorē ſuū in me ꝛ cō
minās m̄ infremuit ꝯtᷓ me denti
bus ſuis. Hoſtis me⁹ terribilib⁹
ocul' me intuitus ē. Aperuerūt ſu
per me ora ſua ꝛ exprobrātes per
cuſſerūt maxillā meā ſaciati ſunt
penis meis. Cōcluſit me de⁹ apd
iniquū ꝛ manibꝫ impioꝝ me tra
didit. Ego ille quondā opulētus
repēte ꝯtrit⁹ ſū tenuit ceruicē me
am. Cōfregit me ꝛ poſuit ſibi q̄ſi
in ſignū. circūdedit me lanceis ſu
is ꝯuulnerauit lumbos meos Non
pepcit ꝛ effudit ī tra viſcera mea
Cōſcidit me vulnere ſup vulnus.
irruit ī me q̄ſi gygas. Saccū con
ſui ſup cutē meā ꝛ operui cinē car
nem meaꝫ. Facies mea intumuit
fletu et palpebre mee caligauerūt
Hec paſſus ſū abſqꝫ iniq̄tate ma
nus mee cū haberē mūdas ad de
um preces Terra ne operias ſāgui
nē meū neqꝫ inueniat in te locum
latēdi clamor meus. Ecce em̄ in ce
lo teſtis me⁹ ꝛ ꝯſcius meus in ex
celſis Verboſi amici mei ad deum
ſtillat oculus me⁹. Atqꝫ vtinā ſi
iudicaretur vir cū deo q̄uo iudicatur
filius hoīs cū collega ſuo Ecce em̄
breues anni trāſeūt ꝛ ſemitā per
quā nō reuertar ābulo. Ca. xvii.

Spiritus me⁹ attenuabitur
dies mei breuiabuntur ꝛ ſolū
mihi ſupeſt ſepulchꝝ. Nō pecca
ui ꝛ in amaritudinibus moratur
ocul⁹ meus. Libera me ꝛ pone me
iuxta te ꝛ cuiuſuis man⁹ pugnet cō
tᷓ me. Cor eoꝝ lōge feciſti a diſci
plina ꝓpterea non exaltabuntur

Predā pollicet̄ ſocijs ⁊ oculi filio/
rū ei9 deficient. Poſuit me quaſi i
ꝓuerbiū vulgi ⁊ exemplū ſuꝫ co/
raꝫ eis. Caligauit ad indignatio/
neꝫ ocul9 meus ⁊ mēbra mea q̄ſi
in nihilū redacta ſunt. Stupebāt
iuſti ſup hoc ⁊ innocēs contr̄ ypo/
critam ſuſcitabitur. Et tenebit iu/
ſt9 viaꝫ ſuam ⁊ mund9 manibus
addet fortitudinē. Igit̄ oēs vos cō/
uertimini ⁊ venite ⁊ nō inueniaꝫ
in vobis vlluꝫ ſapientē. Dies mei
tranſierūt cogitationes mee diſſi/
pate ſunt torquētes cor meū. No/
ctē verterunt in dieꝫ: ⁊ ruſū poſt
tenebras ſpero lucē. Si ſuſtinuēo
infern9 domus mea eſt: ⁊ in tene/
bris ſtraui lectulū meuꝫ. Putredi/
ni dixi pater me9 es: mater mea ⁊
ſoror mea vermib9. Vbi eſt ergo
nūc p̄ſtolacō mea: ⁊ patientiam
meā quis cōſiderat. In ꝓfundiſſi/
mū infernū deſcendent ōia mea.
Putaſne ſaltē ibi eit requies m̄.

Reſpondēs aūt ¶Ca.xviij.
baldad ſuites dixit. Vſqꝫ
ad quē finēꝫ verba iactabis. In/
tellige pri9 ⁊ ſic loquamur. Quaē
ēputati ſum9 vt iumēta: ⁊ ſordui/
m9 coraꝫ te. Qui pdis animā tuā
in furore tuo. Nunquid ꝓpter te de/
relinquetur terra. Et trāſferentur
rupes de loco ſuo. Nōne lux impij
extinguetur: nec ſplendebit flam/
ma ignis ei9. Lux obtenebreſc̄ꝫ
in tabernaculo illius: ⁊ lucerna q̄
ſup eū eſt extinguetur. Artabūt
greſſus virtutis ei9: ⁊ p̄cipitabit
euꝫ conſiliū ſuum. Immiſit enim
in rete pedes ſuos ⁊ in maculis ei9
ambulat. Tenebit̄ planta illius
laqueo ⁊ exardeſcet cōtra euꝫ ſitis.
Abſcōdita eſt in terra pedica ei9
⁊ decipula illi9 ſup ſemitaꝫ. Vndi/
qꝫ terrebūt eū formidines ⁊ inuol/
uent pedes eius. Attenuet̄ fame
robur eius ⁊ inedia inuadat co/
ſtas illius. Deuoret pulchritudi/
nē cutis eius ⁊ cōſumat brachia
illi9 primogenita mors. Auellat̄
de tabnaculo ſuo fiducia ei9 ⁊ cal/
cet ſup eum quaſi rex interit9 Ha/
bitēt in tabernaculo illi9 ſocij ei9
q̄ non ē: aſpgatur in tabernaculo
ei9 ſulphur. Deorſuꝫ radices eius
ſiccētur. ſurſū aūt atterat̄ meſſis
ei9. Memoria illi9 peat de terra ⁊
nō celebret̄ nomē ei9 i plateis. Ex/
pellet euꝫ de luce in tenebras ⁊ de
orbe trāſferet euꝫ. Non erit ſemen
eius neqꝫ ꝓgenies in populo ſuo:
nec vlle reliquie in regionib9 eius
In die ei9 ſtupebunt nouiſſimi ⁊
p̄mos inuadet horror. Hec ſūt er/
go tabernacula iniqui ⁊ iſte loc9
eius q̄ ignorat deū. ¶Ca.xix.

Reſpondēs autē iob dixit. Vſ/
quequo affligitis animam
meaꝫ ⁊ atteritis me ſermonib9.
En decies cōfunditis me ⁊ nō eru/
beſcitis opprimentes me. Nempe
⁊ ſi ignoraui meuꝫ erit ignoran/
tia mea. At vos cōtra me erigimi
⁊ arguitis me obprobrijs meis.
Saltem nunc intelligite quia de9
nō equo iudicō afflixerit me ⁊ fla/
gell' ſuis me cinxerit. Ecce clamabo
vim paciēs ⁊ nemo audiet. voci/
ferabor ⁊ n̄ ē q̄ iudicꝫ. Semitā meā
circūſepſit ⁊ trāſire n̄ poſſū ⁊ i cal/
le meo tēbras poſuit. Spoliauit
me gloria mea ⁊ abſtulit coronā
d capite meo. Deſtruxit me vndiqꝫ
⁊ pereo ⁊ q̄ſi euulſe arboris abſtulit

ſpem meaꝫ. Iratꝰ eſt contrā me fu
roꝛ eiꝰ ⁊ ſic me habuit q̄ſi hoſteꝫ
ſuū. Simul venerūt latrōes eiꝰ et
fecerūt ſibi viā ꝑ me ⁊ obſederūt ī
gyro tabernaculū meum. Fratres
meos longe fecit a me ⁊ noti mei
q̄ſi alieni receſſerūt a me. Dereliq̄
rūt me ꝓpinqui mei ⁊ q̄ me noue
rāt obliti ſūt mei. Inquilini domꝰ
mee ⁊ ancille mee ſicut alienū ha
buerūt me ⁊ quaſi ꝑegrinꝰ fui in
oculis eorū. Seruū meū vocaui et
nō reſpōdit ore ꝓprio deꝑcabar illū.
Halitū meuꝫ exhoꝛruit vxoꝛ mea
⁊ orabā filios vteri mei. Stulti q̄ꝫ
deſpitiebant me et cū ab eis receſ
ſiſſem detrahebāt mihi. Abhomi
nati ſūt me quōdā cōſiliarij mei
⁊ quē maxime diligebā auerſatus
eſt me. Pelli mee cōſumptis car
nibus adheſit os meū ⁊ derelicta
ſūt tantūmodo labia circa dētes me
os. Miſeremini mei miſeremini mei
ſalteꝫ vos amici mei quia manꝰ dn̄i
tetigit me. Quare ꝑſeq̄mini me ſi
cut deꝰ et carnibꝰ meis ſaturami
ni. Quis mihi tribuat ut ſcribāt̄
ſmōes mei. Quis mihi det ut exa
rent̄ ī libro ſtilo ferreo ⁊ plūbi la
mina vel certe ſculpātur in ſilice.
Scio enī q̄ redēptoꝛ meꝰ viuat ⁊
in nouiſſimo die de terra ſurrectu
rꝰ ſū ⁊ rurſū circūdaboꝛ pelle mea
⁊ in carne mea videbo deū. Quē vi
ſurus ſū ego ipſe et oculi mei ꝯſpe
cturi ſunt ⁊ non alius. Repoſita ē
hec ſpes mea in ſinu meo. Quare
ergo nūc dicitis ꝑſeq̄mur eū ⁊ ra
dicē verbi inueniamꝰ cōtrā eum.
Fugite ergo a fatie gladij q̄m iraꝫ
vltoꝛ iniq̄tatū gladius ē ⁊ ſcitote
eē iudicium. Ca. xx.

Reſpondēs autēꝫ ſophar naa
mathites dixit. Idcirco co
gitatiōes mee varie ſuccedūt ſibi
et mēs ī diuerſa rapit̄. Doctrinā
qua me arguis audiā et ſpūs in
telligētie mee reſpōdebit mihi. Hoc
ſcio a principio ex q̄ eſt poſitꝰ ho
mo ſup terrā q̄ laus impioꝝ bre
uis ſit et gaudiuꝫ ypocrite ad in
ſtar pūcti. Si aſcēderit vſq̄ꝫ ad ce
lū ſupbia eiꝰ et caput eiꝰ nubes te
tigerit quaſi ſterq̄liniū in fine ꝑ
detur et qui eū viderāt dicēt. Vbi
eſt. Velut ſōniū auolās non in
uenietur. trāſiet ſicut viſio noctur
na. Oculꝰ qui eū viderat nō vide
bit neq̄ꝫ vltrā intuebit̄ eū locꝰ ſuꝰ
Filij eius atterent̄ egeſtate ⁊ ma
nꝰ illius reddent ei doloreꝫ ſuū. Oſ
ſa eius īplebūtur vicijs adoleſcē
tie eius et cū eo ī puluere doꝛmiēt.
Cum enī dulce fuerit in ore eius
malū abſcondit illud ſub lingua
ſua. Parcet illi et nō derelinquet illud
et celabit ī gutture ſuo. Panis eiꝰ
in vtero illiꝰ vertet̄ in fel aſpiduꝫ
intrinſecꝰ. Diuitias quas deuora
uit euomet et de vētre illius extrā
het eas deꝰ. Caput aſpidū ſuget
et occidet eū lingua vipere. Nō vi
deat riuulos flumīs toꝛrētis mellis
et butiri. Luet que fecit oīa nec ta
mē cōſumet̄. Iuxta multitudinē ad
inuētionū ſuarū ſic et ſuſtinebit q̄
ſ iniq̄ cōfringens nudauit pauꝑis
domū rapuit et nō edificauit eaꝫ
nec ē ſatiatꝰ venter eius. Et cū ha
buerit q̄ cōcupierat poſſidere nō
poterit. Nō remāſit de cibo eius et
ꝓpterea nihil ꝑmanebit de bonis
eius. Cum ſatiatus fuerit artabi
tur eſtuabit ⁊ omnis doloꝛ irruet

ſup eū. Vtinā impleatur venter eius vt emittat in eum irā furoris ſui ⁊ pluat ſup illū bellum ſuū. Fugiet arma ferrea ⁊ irruet in arcū ereum: eductus ⁊ egrediēs de vagina ſua ⁊ fulgurās i amaritudine ſua. Vadent ⁊ venient ſup eum horribiles. ōnes tenebre abſcōdite ſunt in occultis ei⁹. Deuorabit eum ignis qui non ſuccēditur. affligetur relict⁹ in tabernaculo ſuo Reuelabunt celi iniqtatē ei⁹ ⁊ terra cōſurget aduerſus eū. Apertū erit germen dom⁹ illius detrahetur in die furoris dei. Hec eſt pars hominis impij a deo ⁊ hereditas verborum eius a dn̄o.

Capitulū. xxi.

Reſpondens autem iob dixit Audite queſo ſermōes meos ⁊ agite penitētiam. Suſtinete me vt ⁊ ego loquar ⁊ poſt mea ſi videbitur verba ridete. Nunqd cōtra hominē diſputacō mea eſt ut merito non debeam cōtriſtari. Attēdite me ⁊ obſtupeſcite ⁊ ſuppo nite digitū ori veſtro. Et ego quādo recordatus fuero pertimeſco: ⁊ cōcutit carnē meam tremor Quare ergo impij viuunt: ſublevati ſūt cōfortatiq; diuicijs. Semē eorū pmanet corā eis: ꝓpinquorū turba ⁊ nepotum in cōſpectu eorum. Dom⁹ eorū ſecure ſunt ⁊ pacate ⁊ non eſt virga dei ſup illos. Bos eorū concepit ⁊ nō abortiuit. vacca pepit ⁊ non eſt ꝑuata fetu ſuo Egrediuntur quaſi greges paruuli eorū ⁊ infantes eorū exultant luſib⁹. Tenent tympanum ⁊ cythara ⁊ gaudent ad ſonitū organi Ducūt in bonis dies ſuos ⁊ in pūcto ad infernū deſcēdunt. Qui dixerunt deo recede a nobis ⁊ ſcientiam viarū tuarum nolum⁹. Quis eſt ōnipotens vt ſeruiam⁹ ei. Et quid nobis ꝓdeſt ſi orauerimus illum. Verūtamen quia nō ſunt in manu eorū bona ſua: conſilium impiorū longe ſit a me. Quociēs lucerna impiorum extinguetur ⁊ ſuperueniet eis inūdatio ⁊ dolores diuidet furoris ſui. Erunt ſicut palee ante faciem venti ⁊ ſicut fauilla quā turbo diſpergit. Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris: ⁊ cū reddiderit tunc ſciet. Videbūt oculi ei⁹ interfectōem ſuam ⁊ de furore ōnipotentis bibet. Quid enī ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe. Et ſi numerus mēſiū ei⁹ dimidietur. Nunqd deū docebit quiſpiam ſciēciam qui excelſos iudicat. Iſte moritur robuſt⁹ ⁊ ſan⁹ diues et felix: viſcera eius plena ſunt adipe ⁊ medullis oſſa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine anime ſue abſq; vllis opib⁹ ⁊ tamen ſimul in puluere dormient ⁊ vermes operiēt eos Certe noui cogitacōnes veſtras: ⁊ ſentencias contra me iniquas dicitis enim. Vbi eſt dom⁹ principis ⁊ vbi tabernacula impiorū. Interrogate quēlibet de viatorib; ⁊ hec eadem illum intelligere cognoſcetis. Quia in diē perditionis ſeruatur malus ⁊ ad diē furoris ducetur. Quis arguet coram eo vias eius ⁊ que fecit quis reddet illi. Ipſe ad ſepulchra ducetur ⁊ in congerie mortuorū vigilabit Dulcis fuit glaries cocyti ⁊ pt⁹ ſe oēs hoīes trahet ⁊ an̄ ſe innūerabiles

Quō igit᷑ ꝯſolamini me fruſtͣ cū
rn̄ſio vr̄a repugnare oſtēſa ſit ve
ritati. ¶Ca. xxij.

Reſpōdēs aūt eliphas thema
nites dixit. Nūquid deo pōt
ꝯparari homo etiā cum pfc̄e fuerit
ſciētie. Quid pdeſt deo ſi iuſt⁹ fue
ris aut qd̄ ei confers ſi immaculata
fuerit vita tua. Nunqd timēs ar
guet te ⁊ veniet tecū in iudiciū et
non ꝓpter malitiā tuā plurimā et
infinitas iniqtates tuas. Abſtu
liſti eñ pign⁹ fratꝝ tuoꝝ ſine cā
⁊ nudos ſpoliaſti veſtib⁹. Aquā
laſſo nō dediſti ⁊ eſurienti ſubtra
xiſti panē. In fortitudine brachij
tui poſſidebas terrā ⁊ potētiſſim⁹
obtinebas eam. Viduas dimi
ſiſti vacuas ⁊ lacertos pupillorū
cōminuiſti. Propterea circūdatus
es laqueis ⁊ cōturbat te formido
ſubita. Et putabas te tenebras nō
viſurū et impetu aquaꝝ inundātiū
nō oppreſſū iri. An cogitas ꝙ de
us excelſior celo ſit et ſup ſtellarū
verticē ſublimet᷑. Et dicis. Quid ei
novit de⁹. Et quaſi p caliginē iu
dicat. Nubes latibulū ei⁹ nec nr̄a
ꝯſiderat ⁊ circa cardines celi pam
bulat. Nunqd ſemitā ſeculoꝝ cu
ſtodire cupis quā calcauerūt viri
iniq qui ſublati ſūt ante tēp⁹ ſuum
⁊ fluui⁹ ſubuertit fundamētū eoꝝ.
Qui dicebant deo recede a nobis ⁊
quaſi nihil poſſit facere ōnipotētē
eſtimabāt eū cū ille impleſſet do
mos eoꝝ bonis. Quoꝝ ſētētia p
cul ſit a me. Videbūt iuſti et leta
būtur ⁊ innocēs ſubſānabit eos.
Nōne ſucciſa ē erectio eoꝝ ⁊ reliq
as eoꝝ deuorauit ignis. Acquie
ſce igit᷑ ei ⁊ habeto pacem ⁊ p hec
habebis fruct⁹ optimos. Suſcipe ex
ore illi⁹ legē ⁊ pone ſermones ei⁹
in corde tuo. Si reuerſus fueris ad
omnipotētē edificaberis ⁊ lōge fa
cies iniqtatē a tabnaculo tuo. Da
bit p terra ſilicem ⁊ pro ſilice tor
rentes aureos. Eritq ōnipotēs cō
tra hoſtes tuos ⁊ argentū coacer
uabit᷑ tibi. Tūc ſup ōnipotētē de
licijs afflues ⁊ eleuabis ad deū fa
ciē tuā. Rogabis eū ⁊ exaudiet
te ⁊ vota tua reddes. Decernes rē
⁊ veniet tibi ⁊ in vijs tuis ſplēde
bit lumen. Qui eñ hūliat⁹ fuerit
erit in gloria ⁊ q inclinauerit ocu
los ipſe ſaluabit. Saluabit᷑ inno
cēs ſaluabitur autē mūditia ma
nuū ſuaꝝ. ¶Ca. xxiij.

Reſpōdens autē iob ait. Nūc
quoq i amaritudie ē ſmo
me⁹ ⁊ man⁹ plage mee aggraua
ta eſt ſup gemitū meū. Quis mihi
tribuat ut cognoſcā ⁊ inueniam
illū ⁊ veniā vſq ad ſoliū eius.
Ponā corā eo iudiciū et os meū
replebo increpacōib⁹ ut ſciā ver
ba que mihi rn̄deat ⁊ intelligam
qd loquat᷑ mihi. Nolo multa for
titudine cōtendat mecū nec mag
nitudinis ſue mole me pmat. Pro
ponat equitatē cōtra me ⁊ pueni
et ad victoriā iudiciū meū. Si ad
orientē iero nō apparet ſi ad occi
dētem nō intelligā eū. Si ad ſini
ſtrā quid agā. Nō apprehēdam
eū. Si me vertam ad dexterā nō vi
debo illum. Ipſe vero ſcit viā me
am ⁊ pbabit me quaſi aurū qd p
ignem trāſit. Veſtigia ei⁹ ſecutus
eſt pes me⁹ viam ei⁹ cuſtodiui ⁊
non declinaui ex ea. A mandatis
labioꝝ ei⁹ nō receſſi et i ſinu meo

abſcondi verba oris ei⁹. Ipſe em̄
ſol⁹ eſt ⁊ nemo auertere pōt cogi
tacōem eius ⁊ aīa ei⁹ qđcūqȝ vo
luit hoc fecit. Cumqȝ expleuerit in
me volūtatē ſuam ⁊ alia mlta ſi
milia preſto ſūt ei. Et idcirco a fa
cie ei⁹ turbatus ſū ⁊ ꝯſiderās eū
timore ſollicitor. De⁹ molliuit cor
meū ⁊ ōipotens ꝯturbauit me.
Nō eī periȷ̄ ꝓpter imminētes tene
bras: nec faciem meam operuit ca
ligo. Ca. xxiiij.

Ab ōipotēte nō ſunt abſcon
dita tpa. qui aūt nouerunt
eum ignorāt dies illi⁹. Aliȷ̄ termi
nos trāſtulerunt: diripuerūt gre
ges ⁊ pauerūt eos. Aſinū pupil
loꝝ abegerūt ⁊ abſtulerūt p pig
nore bouē vidue. Subuerterunt
pauperū viam ⁊ oppreſſerūt pariter
māſuetos tre. Aliȷ̄ quaſi onagri ī
deſerto egrediūtur ad opus ſuū:
vigilanteſqȝ ad predā preparant
panē liberis. Agꝝ nō ſuū deme
tunt ⁊ vineā ei⁹ quē vi oppreſſe
rūt vindemiāt. Nudos dimittunt
hoīes indumēta tollentes quib⁹
nō eſt operimentū in frigore. quos
ymbres mōtium rigant ⁊ nō ha
bentes velamē amplexantur lapi
des. Vim fecerunt depdantes pu
pillos ⁊ vulgū pauperē ſpoliaue
rūt. Nudis ⁊ incedētib⁹ abſqȝ veſti
tu ⁊ eſurientib⁹ tulerūt ſpicas. In
ter aceruos eoꝝ meridiati ſunt: q
calcatis torcularib⁹ ſitiūt. De ciui
tatib⁹ fecerūt viros gemere ⁊ aī
ma vulneratoꝝ clamauit ⁊ deus
multū abire nō patit. Ipſi fuerūt
rebelles lumi. Neſcierūt vias eius
nec reuerſi ſūt p ſemitas illi⁹. Ma
ne primo ꝯſurgit homicida: inter
ficit egenū ⁊ pauperē: p nocte ve
ro erit quaſi fur. Ocul⁹ adulteri ob
ſeruat caliginē dicēs non me vide
bit ocul⁹ ⁊ operiet vultū ſuū. Per
fodit in tenebris domos ſicut in
die condixerāt ſibi ⁊ ignorauerūt
lucē. Si ſubito apparuerit aurora
arbitrātur vmbrā mortis ⁊ ſic in
tenebris quaſi in luce ābulāt. Le
uis eſt ſup faciē aque. Maledcā
ſit pars ei⁹ in terrā: nec ābulet p
viā vineaꝝ. Ad nimiū calorē trā
ſiet ab aquis niuiū ⁊ vſqȝ ad in
feros peccatū illi⁹. Obliuiſcat̄ eius
miſericordia. Dulcedo illi⁹ vermes
Non ſit in recordacōe. ſed ꝯterat̄
ſicut lignū infructuoſū. Pauit eīn
ſterilem ⁊ que nō parit ⁊ vidue
bene non fecit. Detraxit fortes in
fortitudine ſua ⁊ cū ſteterit nō cre
det vite ſue. Dedit ei de⁹ locū peni
tentie ⁊ ille abutitur eo in ſupbia
Oculi autē ei⁹ ſunt in viȷ̄s illi⁹. Ele
uati ſūt ad modicum et nō ſubſi
ſtent ⁊ humiliabūtur ſicut ōia
⁊ auferentur ⁊ ſicut ſūmitates ſpi
carum ꝯterentur. Quod ſi non ē
ita quis me poteſt arguere eē mē
titum et ponere ante deum verba
mea. Ca. xxv.

Reſpondens autē baldad ſui
tes dixit. Poteſtas ⁊ terror
apud eum eſt qui facit ꝯcordiā
in ſublimib⁹ ſuis. Nunqđ eſt nūe
rus militū ei⁹ ⁊ ſup quē nō ſurgȝ
lumē illius. Nunqđ iuſtificari po
teſt homo ꝯpatus deo: aut appa
rere mūd⁹ natus de muliere. Ecce
luna eē nō ſplendet ⁊ ſtelle ñ ſūt
munde in ꝯſpectu eius quāto ma
gis hō putredo ⁊ filius hominis
vermis. Ca. xxvi.

Respondēs autē iob dixit. Cu
ius adiutor es? Nūquid im
becillis et sustētas brachiū ei⁹ q̄
non ē fortis? Cui dedisti cōsilium
Forsitan illi qui nō hēt sapientiā
et prudētiam tuam ostēdisti pluri
mā. Quē docere voluisti? Nonne eū
qui fecit spiramentū? Ecce gygā
tes gemūt sb aquis et qui habi
tant cū eis. Nud⁹ est infernus corā
illo et nullū ē opimentū pdiciōni
Qui extēdit aqlonem sup vacuū
et appendit terā sup nihili. Qui li
gat aquas in nubib⁹ suis ut nō
erūpant pariť deorsum. Qui tenet
vultū solij sui et expādit sup illū
nebulā suam. Terminū circūde
dit aquis. vsq3 dū finiātur lux et
tenebre. Colūne celi cōtremiscūt
et pauēt ad nutū eius. In fortitu
dine illi⁹ repēte maria cōgregata
sūt et prudētia ei⁹ pcussit supbū.
Spūs ei⁹ ornauit celos et obstetri
cāte manu ei⁹ edict⁹ ē coluber tor
tuosus. Ecce hec ex parte dicta sūt
viarū eius. Et cū vix paruā stillā
sermonis ei⁹ audierim⁹ quis po
terit tonitruū magnitudinis illi
us intueri? Ca. xxvij.

Addiditquoq3 iob assumēs
parabolam suā et dixit. Viuit
de⁹ qui abstulit iudiciū meū et oī
potens q̄ ad amaritudinē addu
xit aīam meā. qr donec sup est ali
tus in me et spūs dei in narib⁹ me
is nō loquētur labia mea iniq̄ta
tē. nec lingua mea meditabiť mē
datiū. Absit a me ut iustos esse
vos iudicē. Donec deficiā nō rece
dam ab innocētia mea. Justifica
tiōem meā quā cepi tenere nō de
serā. Neq3 em̄ reprehēdit me cor
meū in oī vita mea. Sicut impi⁹
inimic⁹ me⁹ et adūsari⁹ meus q̄
si iniqu⁹. Que ē em̄ spes ypocrite
si auare rapiat et nō liberēt deus aī
mā eius? Nunq̄d de⁹ audiet cla
morē eius cū venerit sup eū angu
stia? Aut poterit in oīpotēte de
lectari et inuocare deū oī tpe? Do
cebo vos p manū dei que oīpotēs
habeat nec abscōdam. Ecce oēs
vos nostis. et qd sine causa vana
loq̄mini? Hec ē pars hoīs impij
apud deū et hereditas violētorū
quā ab oīpotente suscipient. Si
multiplicati fuerint filij ei⁹ in gla
dio erūt et nepotes ei⁹ nō satura
bunť pane. Qui reliq̄ fuerint ex
eo sepelieť in interitu et vidue illi
us nō plorabūt. Si cōportauerit
q̄si terra argentū et sicut lutū pre
parauerit vestimēta. pparabit quidē
sed iust⁹ vestieť illis et argentum
innocens diuidet. Edificauit sicut ti
nea domū suam et sicut custos fe
cit vmbraculū. Diues cū dormierit
nihil secū auferet. apiet oculos su
os et nihil inueniet. Apprehēdet eū
quasi aq̄ inopia nocte opprimet
eū tēpestas. Tollet eū vent⁹ vrēs
et auferet et velut turbo rapiet eū
de loco suo. Et mittet sup eū et nō
parcet de manu ei⁹ fugiens fugi
et. Stringet sup eum man⁹ suas
et sibilabit sup illū intuēs locū ei⁹.

Habet argētū Ca. xxviij.
venarū suarum pricipia et
auro locus ē in quo cōflatur. Fer
rū de terra tolliť et lapis solut⁹ ca
lore in es vertiť. Temp⁹ posuit te
nebris et vniuersorū finē ipse cō
siderat. Lapidē quoq3 caliginis et
vmbrā mortis diuidet torrens a

populo pegrināte eos q̄s oblitꝰ
eſt pes egētis hoīs ⁊ inuios. Ter
ra de q̄ oriebat̄ panis: in loco ſuo
igni ſubuerſa ē. Locus ſaphiri la
pides eius ⁊ glebe illiꝰ aurū. Semi
taz ignorauit auis nec intuitꝰ eſt
oculos vulturis. Non calcauerūt
eaz filij inſtitoꝝ nec ptrāſiuit per
eā leena. Ad ſilicē extēdit manū
ſuaz ſubuertit a radicibꝰ montes
In petris riuos excidit ⁊ ōne p̄ci
oſum vidit oculꝰ eiꝰ. Profūda q̄
fluuiorū ſcrutatꝰ eſt ⁊ abſcōdita
pduxit in lucē. Sapiētia vero vbi
inuenit̄ ⁊ quis ē locus intelligen
tie. Neſcit homo preciū eiꝰ nec in
uenitur in terra ſuauit̄ viuentiū.
Abiſſus dicit nō ē in me ⁊ mare
loquitur nō eſt mecū. Non dabit̄
aurū obriſū p ea: nec appendetur
argentū in cōmutacōe eiꝰ. Nō cō
feretur tinctis indie coloribꝰ: nec
lapidi ſardonico p̄cioſiſſimo vel
ſaphiro. non adequabitur ei aurꝝ
vel vitrū: nec cōmutabūtur vaſa
p ea auri excelſa ⁊ eminētia non
cōmemorabūtur cōpacōe eiꝰ. Tra
hit̄ autez ſapiētia de occultis. nō
adequabitur ei topaſiō de ethio
pia: nec tincture mundiſſiē cōpo
netur. Vn̄ ergo ſapientia venit ⁊
q̄s eſt locꝰ intelligētie. Abſcōdi
ta eſt ab oculis ōnium viuentiū
volucres q̄ celi latet. Perdicio ⁊
mors dixerunt auribꝰ noſtris au
diuimꝰ famā eiꝰ. Deꝰ intelligit vi
am eiꝰ ⁊ ipſe nouit locū illius. Ip
ſe enim fines mūdi intuet̄ ⁊ ōnia
que ſub celo ſunt reſpicit. Qui fe
cit ventis pondus ⁊ aquas appē
dit mēſura. Qn̄ ponebat pluuijs
legē ⁊ viaz pcellis ſonantibꝰ: tūc
vidit illaz ⁊ enarrauit ⁊ p̄parauit
⁊ inueſtigauit ⁊ dixit homini. Ec
ce timor domini ipſa eſt ſapiēcia
⁊ recedere a malo intelligētia.

Capitulū. xxix.

Addidit q̄ iob aſſumens pa
rabolam ſuam ⁊ dixit. Quis mi
tribuat vt ſim iuxta mēſes priſti
nos ſm dies q̄bus deus cuſtodi
ebat me. Qn̄ ſplendebat lucerna
eius ſup caput meū ⁊ ad lumē eiꝰ
ambulabā in tenebris. Sicut fui
i diebꝰ adoleſcencie mee: qn̄ deus
ſecreto eāt in tabnaculo meo. Qn̄
erat ōnipotens mecū ⁊ in circuitu
meo pueri mei. Quādo lauabam
pedes meos butiro et petra funde
bat mihi riuos olei. Qn̄ pcedebaz
ad portaz ciuitatis ⁊ in platea pa
bant cathedram mihi. Videbāt
me iuuenes ⁊ abſcondebant̄ ⁊ ſe
nes aſſurgentes ſtabant. Princi
pes ceſſabant loqui ⁊ digitum ſu
perponebant ori ſuo. Vocem ſuā
cohibebant duces ⁊ lingua eorū
gutturi ſuo adherebat. Auris au
diens beatificabat me et oculꝰ vi
dens teſtimoniuz reddebat mihi
eo q liberaſſem paupez vociferā
tē ⁊ pupillū cui nō eſſet adiutor
Bn̄dictio pituri ſup me veniebat
⁊ cor vidue cōſolatus ſum. Iuſti
cia indutus ſuz ⁊ veſtiui me ſicut
veſtimento ⁊ dyademate iudicio
meo. Oculꝰ fui ceco ⁊ pes claudo.
Pat̄ erā pauperū ⁊ cauſā quā ne
ſciebā diligētiſſime inueſtigabā
Conterebam molas iniq̄ ⁊ de den
tibꝰ illiꝰ auferebā p̄dā. Dicebā q̄
In nidulo meo moriar ⁊ ſicut pal
ma mꝉtiplicabo dies. Radix mea
apta ē ſecus aq̄s ⁊ ros morabitur

ĩn emiſſione mea. Gloria mea ſp
innouabit̃ ⁊ arcus meꝰ in manu
mea inſtaurabit̃. Qui me audie
bant expectabāt ſentētiam ⁊ intē
ti tacebant ad cōſiliū meū Verb
meis nihil addē audebāt ⁊ ſup
illos ſtillabit eloq̄um meū. Expe
ctabant me ſic pluuiā ⁊ os ſuum
aperiebant q̄ſi ad ymbrem ſero
tinū. Si q̄n ridebam ad eos n̄ cre
debant ⁊ lux vultꝰ mei n̄ cadebat
in terrā. Si voluiſſez ire ad eos ſe
debam primꝰ. Cūq̧ ſederē q̄ſi rex
circūſtante exercitu erā tn̄ meren
tium conſolator. ¶ Ca. xxx.

Nunc autē deridēt me iunio
res tēpore quoꝝ nō dignabar
p̄tres ponere cū canibꝰ gregis mei
Quoꝝ virtꝰ manuū mihi erat p
nihilo ⁊ vita ip̄a putabātur ĩdig
ni. Egeſtate et fame ſteriles q̄ rode
bāt in ſolitudine ſqualētes cala
mitate ⁊ miſeria. Et mādebāt her
bas ⁊ arboꝝ cortices ⁊ radix iuni
peroꝝ erat cibꝰ eoꝝ. Qui de ↄual
libꝫ iſta rapiētes cū ſingula repe
riſſent ad ea cū clamore currebāt
In deſertis habitabāt torrētiū ⁊
in cauernis terre vel ſup glareaꝫ.
Qui inter huiuſcemōi letabant̃ ⁊
eē ſb̄ ſentibꝰ delitias cōputabāt.
Filij ſtultorū ⁊ ignobiliū et i ter
ra penitꝰ nō parētes. Nūc in eoꝝ
cāticū verſus ſum ⁊ factꝰ ſū eis in
p̄uerbiū. Abhōminant̃ me ⁊ lōge
fugiūt a me ⁊ faciē meā ↄſpuere
nō verent̃. Pharetrā eñ ſuā ape
ruit ⁊ afflixit me ⁊ frenū poſuit in
os meū. Ad dexterā oriētis calāi
tatis mee ilico ſurrexerūt. Pedes
meos ſubuerterūt oppreſſerūt q̄ſi
fluctibꝰ ſemitis ſuis. Diſſipauerūt
itinera mea. Inſidiati ſūt mihi et
p̄ualuerūt ⁊ nō fuit qui ferret aux
iliū. Quaſi rupto muro ⁊ aperta
ianua irruerūt ſup me ⁊ ad meas
miſerias deuoluti ſūt. Redactꝰ ſuꝫ
in nihilū. Abſtuliſti q̄ſi vētꝰ deſide
riū meū ⁊ velut nubes ptrāſijt ſa
lus mea. Nūc autē in memetipſo
marceſcit aīa mea et poſſident
me dies afflictōis. Nocte os meū
pforat̃ doloribꝰ ⁊ q̄ me comedūt
nō dormiūt. In multitudīe eoruꝫ
ↄſumit̃ veſtimētū meū ⁊ q̄ſi capi
tio tunice ſic cinxerunt me Cōpa
ratus ſum luto ⁊ aſſimilatꝰ ſū fauil
le ⁊ cineri. Clamo ad te ⁊ non ex
audis me. ſto et nō reſpicis me.
Mutatꝰ es mihi in crudelē ⁊ ī du
ritia manꝰ tue adūſaris mihi. Ele
uaſti me ⁊ quaſi ſuper vētum po
nens eliſiſti me valide. Scio quia
morti tradas me vbi ↄſtituta eſt
domꝰ ōni viuēti. Verūtamē n̄ ad
cōſūptōem eoꝝ emittis manū tu
am ⁊ ſi corruerint ip̄e ſaluab̄. Fle
bam quondaꝫ ſup eo q̄ afflictus
erat ⁊ cōpatiebat̃ aīa mea pau
peri. Expectabā bona et venerūt m̄
mala. P̄ſtolabar lucē et eruperūt
tenebre. Interiora mea efferbue
rūt abſq̧ vlla req̄e p̄uenerūt me
dies afflictōis. Merēs incedebam
ſine furore cōſurgēs in turba cla
maui. Frat̃ fui draconū et ſocius
ſtrucōnū. Cutis mea denigrata eſt
ſuper me et oſſa mea aruerūt pre
caumate. Verſa ē in luctū citha
ra mea ⁊ organū meum in vocem
flentium. ¶ Ca. xxxi.

Pepigi fedus cū oculis meis
ut ne cogitarē q̄dē de virgīe
Quā eñ partē haberet in me deꝰ

deſup ⁊ hereditatē ōnipotēs de ex
celſis. Nūquid nō ꝑdicio ē iniq̄
⁊ alienacō opantibꝰ iniuſticiaꝫ.
Nonne ipſe cōſiderat vias meas ⁊
cūctos greſſus meos dinumerāt.
Si ambulaui in vanitate ⁊ feſtia
uit in dolo pes meꝰ: appēdat me ī
ſtatera iuſta ⁊ ſciat deꝰ ſimplicita
tē meā. Si declinauit greſſus meꝰ
de via ⁊ ſi ſecutꝰ ē oculꝰ meus cor
meuꝫ ⁊ ſi in manibꝰ meis adheſit
macula: ſeram ⁊ aliꝰ comedat: et
progenies mea eradicet. Si decep
tū eſt cor meū ſup mulierē ⁊ ſi ad
oſtiuꝫ amici mei inſidiatꝰ ſū: ſcor
tum alteriꝰ ſit vxor mea ⁊ ſup illā
incuruent alij. Hoc em̄ nephas ē
⁊ iniq̄tas maxima: ignis vſqꝫ ad
ꝑdicōem deuorans ⁊ om̄ia eradi
cans genimina. Si cōtēpſi ſubire
iudiciuꝫ cum ſeruo meo ⁊ ancilla
mea cū diſceptarent aduerſū me.
Quid em̄ faciam cū ſurrexerit ad
iudicandū deus ⁊ cum q̄ſierit q̄d
rn̄debo illi. Nunq̄d nō in vtero fe
cit me qui ⁊ illum opatus ē ⁊ for
mauit me in vulua vnꝰ. Si nega
ui q̄d volebant paupibus: ⁊ ocu
los vidue expectare feci. Si come
di buccellaꝫ meā ſolꝰ ⁊ non come
dit pupillus ex ea. Quia ab infan
cia mea creuit mecū miſeracio: et
de vtero m̄ris mee īgreſſa ē mecū.
Si deſpexi pretereūtem eo ꝙ non
habuerit indumētuꝫ ⁊ abſqꝫ ope
rimento paupem. Si nō benedixe
rūt mihi latera eius ⁊ de velleribꝫ
ouiū meaꝝ calefactꝰ eſt. Si leuaui
ſup pupillū manū meaꝫ etiā cum
viderem me in porta ſupiorē: hūe
rus meus a iunctura ſua cadat ⁊
brachiū meum cū ſuis oſſibꝰ con

fringatur. Semp eniꝫ quaſi tumē
tes ſup me fluctus timui deuꝫ ⁊ pō
dus eius ferre non potui. Si puta
ui auruꝫ robur meum ⁊ obriſo di
xi fiducia mea. Si letatus ſum ſup
multis diuicijs meis ⁊ ꝙ plurima
reperit manus mea. Si vidi ſoleꝫ
cum fulgeret ⁊ lunam incedēte cla
re ⁊ letatū eſt ī abſcōdito cor me
um ⁊ oſculatus ſū manū meā ore
meo. que eſt iniq̄tas maxima: et
negacō cōtra deū altiſſimū. Si ga
uiſus ſū ad ruinā eius qui me ode
rat et exultaui ꝙ inueniſſꝫ eū ma
lū. Non em̄ dedi ad peccāduꝫ gut
tur meuꝫ: vt expetereꝫ maledicēs
animā eius. Si nō dixerūt viri ta
bernaculi mei: quis det de carnibꝰ
eius vt ſaturemur. Foris nō man
ſit pegrinꝰ. oſtiū meū viatori pa
tuit. Si abſcondi q̄ſi homo pecca
tum meū et celaui in ſinu meo ini
quitatem meaꝫ. Si expaui ad mł
titudinem nimiam ⁊ deſpectio pro
pinq̄ꝝ terruit me ⁊ nō magis ta
cui nec egreſſus ſum oſtiuꝫ. Quis
mihi tribuat adiutoreꝫ vt deſide
rium meum audiat om̄ipotens ⁊
libꝝ ſcribat ipſe qui iudicat: vt i
humero meo porteꝫ illum ⁊ circū
dē illum quaſi coronā mihi. Per
ſingulos gradꝰ meos ꝓnūciabo
illū ⁊ quaſi principi offerā eū. Si
aduerſū me terra mea clamat: et
cū ipſa ſulci eiꝰ deflēt. Si fructꝰ eiꝰ
comedi abſqꝫ pecūia ⁊ aīam agri
colarū eiꝰ afflixi: ꝓ frumēto oriat
mihi tribulus ⁊ ꝓ ordeo ſpina.

Ca. xxxij.

Miſerūt aūt
tres viri iſti reſpondere iob:
eo ꝙ iuſtus ſibi videretur. Et ira
tus indignatuſqꝫ eſt heliu filius

barachel buzites de cogñtiõe ram
Iratus ē autē aduerſū iob eo ꝙ
iuſtum ſe eē diceret corā deo. Por
ro aduerſuꝫ amicos eiꝰ indigna
tus ē eo ꝙ non inueniſſent rñſio
nem racõnabilē ſꝫ tm̄modo ↄdem
naſſent iob. Igitur heliu expecta
uit iob loq̄ntem eo ꝙ ſeniores eſ
ſēt q̄ loquebātur. Cū aūt vidiſſꝫ
ꝙ tres rñdere ñ potuiſſent iratꝰ ē
vehemēter. Rñdenſq; heliu filius
barachel buzites dixit. Iunior ſū
tpe vos autē antiq̄ores. Idcirco
dimiſſo capite veritꝰ ſū vobis idi
care meā ſententiā. Sperabā eī ꝙ
etas plixior loq̄ret̄ ⁊ annoꝝ mul
titudo doceret ſapiētiā. Sed vt vi
deo ſpūs eſt in hominibꝫ ⁊ inſpiā
tio ōipotētis dat intelligentiam
Nō ſūt lōgeui ſapiētes nec ſenes
intelligūt iudiciū. Ideo dicā audi
te me oñdam vobis etiā ego me
am ſciam. Expectaui eñi ſermões
veſtros audiui prudētiā vrāꝫ. Do
nec diſceptaremini ſermonibꝰ ve
ſtris ⁊ donec putabam vos aliq̄d
dicere ↄſiderabā. Sed vt video ñ
ē q̄ poſſit arguē iob ⁊ rñdē ex vob
ſermonibꝰ eiꝰ. Ne forte dicatis in
uenimꝰ ſapiētiā deꝰ pieciit euꝫ nō
homo. Nihil locutꝰ eſt m̄ ⁊ ego nō
ſm ſermões vr̄os rñdebo illi. Exti
muerūt nec rñderunt vltra abſtu
lerūtq; a ſe eloquiū. Qm̄ igit̄ expe
ctaui ⁊ nō ſunt locuti. ſteterūt nec
rñderunt vltra rñdebo ⁊ ego ptem
meam ⁊ oſtendā ſciam meā. Ple
nꝰ ſū eñi ſermonibꝰ ⁊ coartat me
ſpūs vteri mei. En vent̄ meꝰ qua
ſi muſtū abſq; ſpiāculo q̄d lagū
culas nouas dirumpit. Loq̄r ⁊ re
ſpiābo paululū apiaꝫ labia mea
⁊ rñdebo. Non accipiā pſonā viri
⁊ deū hoīm nō equabo. Neſcio eñi
q̄diu ſbſiſtam ⁊ ſi ptꝰ modicum
tollat me factor meꝰ. Ca. xxxiii.

Audi igit̄ iob eloquia mea
⁊ oēs ſmones meos auſcul
ta. Ecce aperui os meuꝫ loq̄tur lin
gua mea in faucibꝰ meis. Simpli
ci corde meo ſmões mei ⁊ ſentēti
am labia mea purā loq̄ntur. Spi
ritꝰ dei fecit me ⁊ ſpiraculū ōipo
tentis viuificauit me. Si potes re
ſponde mihi ⁊ adūſus faciē meaꝫ
ↄſiſte. Ecce ⁊ me ſic̄ ⁊ te fecit deus
⁊ de eodē luto ego quoq; formatꝰ
ſū. Verūtamē miraculū meū nō te
terreat ⁊ eloquēcia mea nō ſit ti
bi grauis. Dixiſti ergo in auribꝰ me
is ⁊ vocē verborum tuoꝝ audiui.
Mūdus ſū ego ⁊ abſq; delicto im
maculatꝰ ⁊ non ē iniq̄tas in me.
Quia q̄relas in me reperit ideo ar
bitrātus ē me inimicū ſibi. Poſuit
in neruo pedes meos cuſtodiuit
oēs ſemitas meas. Hoc ē ergo
in q̊ non es iuſtificatus. Rñdebo ti
bi ꝙ maior ſit deꝰ hoīe. Adūſum
eū contēdis ꝙ non ad oīa verba
rñderit tibi. Semel loq̄tur deꝰ ⁊ ſe
cūdo idipſuꝫ nō repetit. Per ſōnū
i viſiōe nocturna qñ irruit ſopor
ſup homines ⁊ dormiūt in lectulo
Tunc aperit aures viroꝝ ⁊ erudi
ens eos inſtruit diſciplina vt auē
tat hoīē ab hiis q̄ fecit ⁊ liberet
eū de ſupbia eruēs animā eius a
corrupcõe ⁊ vitam illiꝰ vt non trā
ſeat in gladiū. Increpat quoq; p
dolorē in lectulo ⁊ oīa oſſa eius
marceſcere facit. Abhoīabilis ei
fit in vita ſua panis ⁊ aīe illiꝰ cibꝫ
ante deſiderabilis. Tabeſcet caro

ei⁹ ⁊ oſſa q̄ tecta fuerāt nūdabū-
tur. Appropinq̄bit corrupcōi aīa
ei⁹ ⁊ vita illi⁹ mortiferis. Si fuerit
ꝓ eo angel⁹ loquēs vnū3 de ſimi-
lib⁹ ut ānūtiet hōis eq̄tatē miſere-
bit̄ ei⁹ ⁊ dic3 Libera eū ut nō deſcē-
dat in corrupcōe3. Inueni ī q̄ ei ꝓpi-
tier. Cōſūpta ē caro ei⁹ a ſuppliciis
reūtat̄ ad dies adoleſcētie ſue. De-
ꝑcabit̄ deū ⁊ placabil' ei erit ⁊ vi-
debit faciē ei⁹ ī iubilo ⁊ reddē hoi
iuſtitiā ſuā. Reſpitiet hōies ⁊ dic3
Peccaui ⁊ vere deliqui et ut eram
dign⁹ nō recepi. Liberauit aīa3 ſu-
am ne ꝑgeret in interitū. ſʒ viuēs
lucē videt. Ecce hec ōnia operatur
de⁹ trib3 vicib⁹ ꝑ ſingulos ut reuo-
cet aīas eoꝝ a corrupcōe ⁊ illumi-
net luce viuētiū. Attēde iob ⁊ au-
di me ⁊ tace dū ego loquor. Si āt
habes q̄ loquaris rūde m. Loq̄re.
Volo em̄ te apparere iuſtū. Qđ ſi
nō habes audi me: tace ⁊ docebo
te ſapientiā. ¶ Ca. xxxiiij.

PRonūtians itaq3 heliu etia3
hec locutus ē. Audite ſapiē-
tes verba mea ⁊ eruditi auſculta-
te me. Auris ei verba ꝓbat ⁊ gut-
tur eſcas guſtu diiudicat. Iudici-
um eligam⁹ nobis ⁊ inter nos vi-
deam⁹ q̄d ſit meli⁹. Quia dixit iob
iuſt⁹ ſū ⁊ de⁹ ſbuertit iuditiū meū
In iudicādo em̄ me mēdatiū ē vi-
olenta ſagitta mea abſq3 vllo pec-
cato. Quis eſt vir ut eſt iob qui
bibit ſubſānationē quaſi aqua3
qui gradit̄ cum opantib⁹ iniq̄ta-
tē ⁊ ambulat cum viris impiis.
Dixit enim. Non placebit vir deo
etiā ſi cucurrerit cum eo. Ideo viri
cordati audite me. Abſit a deo im-
pietas ⁊ ab ōnipotēte iniquitas.
Op⁹ em̄ hōis reddet ei et iux̄ vias
ſinguloꝝ reſtituet eis. Vere ei de-
us nō ꝯdēnabit fruſtra nec oīpo-
tēs ſbuertet iuditiū. Quē ꝯſtitu-
it aliū ſup terrā aut que3 poſuit
ſup orbe3 quē fabricat⁹ ē. Si dire-
xerit ad eū cor ſuū ſpm̄ illi⁹ ⁊ flatū
ad ſe trahet. Deficiet ōnis caro ſi-
mul ⁊ homo in cinere3 reuertetur
Si habes ī tellectū audi q̄d dr̄ ⁊
auſculta vocē eloq̄ii mei. Nūq̄d
q̄ nō amat iuditiū ſanari pōt. Et
quō tu eū q̄ iuſt⁹ eſt ī tātū ꝯdem-
nas. Qui dicit regi apoſtata q̄ vo-
cat duces impios. Qui nō accipit
ꝑſonas p̄ncipū nec cognouit ty-
rannū cū diſceptaret contra pau-
perē. Op⁹ em̄ manuū ei⁹ ſunt vni-
uerſi. Subito morient̄ ⁊ in media
nocte turbabuntur populi ⁊ per-
trāſibunt ⁊ auferent violentum
abſq3 manu. Oculi enim ei⁹ ſuper
vias hominū ⁊ ōnes greſſus eoꝝ
conſiderat. Nō ſunt tenebre ⁊ nō
eſt vmbra mortis ut abſcondan-
tur ibi qui operantur iniquitatē.
Neq3 enim vltra in hominis pote-
ſtate eſt ut veniat ad deum in iu-
ditium. Cōteret multos innume-
rabiles et ſtare faciet alios ꝓ eis
Nouit enim opera eorum et idcir-
co inducet noctem ⁊ conterentur
Quaſi impios ꝑcuſſit eos in loco
videntiū. Qui quaſi de induſtria
receſſerunt ab eo ⁊ ōnes vias ei⁹
intelligere noluerūt ut peruenire
facerent ad deum clamore3 egeni
⁊ audiret vocem pauperum. Ipſo
enim ꝯcedente pacem quis eſt q̄
condemnet. Ex quo abſconderit
vultū q̄s ē q̄ ꝯtēplet̄ eū. Et ſu-
ꝑ gentes ⁊ ſup ōnes homies. Qui

regnare facit hoīem ypocritā ꝓp
ter pctā populi. Quia ergo ego lo
cutus ſū ad deū te quoqȝ nō ꝓhi
bebo. Si erraui tu doce me. Si iniq̄
tatē locutus ſū vltra nō addam
Nunquid a te deus expetit eā ꝙ
diſplicuit tibi. Tu eniȝ cepiſti lo
qui ⁊ nō ego Quod ſi quid noſti
melius loquē Viri itelligētes lo
quant̄ mihi ⁊ vir ſapiēs audiet
me. Job autē ſtulte locutꝰ ē ⁊ ver
ba illius ñ ſonāt diſciplinā Pat
mi ꝓbetur iob vſqȝ ad finē. Ne de
ſinas ab hoīe iniq̄tatis q̄ addit
ſup pctā ſua blaſphemiaȝ. Inter
nos interim cōſtringat̄ ⁊ tūc ad
iudiciū ꝓuocet ſmōibȝ ſuis deū.

Ca. xxxv.

Igit̄ heliu hec rur
ſum locutus eſt. Nunquid equa
videtur tibi tua cogitatio vt dice
res iuſtior deo ſū. Dixiſti em̄ Non
tibi placet qđ rectū eſt. Vł quid
tibi ꝓderit ſi ego peccauero. Itaqȝ
ego rn̄debo ſermōibꝰ tuis ⁊ amicis
tuis tecū. Suſcipe celū ⁊ intuere ⁊ cō
templare ethera ꝙ altior te ſit. Si
peccaueris q̄d ei nocebis. Et ſi mł
tiplicate fuerint iniq̄tates tue q̄d
facies cōtra eum. Porro ſi iuſte
egeris quid donab̄ ei aut q̄d de
manu tua accipiet. Hoīm q̄ ſimi
lis tui eſt nocebit impietas tua ⁊
filiū hoīs adiuuabit iuſticia tua
Propt̄ multitudinē calūniatorū
clamabūt ⁊ eiulabunt ꝓpter vim
brachij tyrānoꝝ. Et nō dixit vbi
eſt deꝰ qui fecit me q̄ dedit carmi
na in nocte. Qui docet nos ſup iu
mēta terre ⁊ ſup volucres celi eru
dit nos Ibi clamabūt ⁊ nō exau
diet ꝓpter ſupbiam maloꝝ. Non
ergo fruſtra audiet deꝰ ⁊ omnipo
tēs cauſas ſingulorū intuebitur
Etiā cum dixeris non cōſiderat iu
dicare corā illo ⁊ expecta eū. Nūc
em̄ non infert furorē ſuū nec vlci
ſcit̄ ſcelus valde. Ergo iob fruſtrā
apit os ſuum ⁊ abſqȝ ſciā verba
mł tiplicat.

Ca. xxxvi.

Addens quoqȝ heliu hec locu
tus eſt. Suſtīe me paululū
⁊ indicabo tibi. Adhuc eī habeo
qđ ꝓ deo loquar. Repetā ſciētiam
meā a principio ⁊ opatorē meū
ꝓbabo iuſtū. Vere em̄ abſqȝ mē
datio ſermōes mei ⁊ pfecta ſcien
tia ꝓbabit̄ tibi. Deꝰ potens ñ abi
cit cū ipſe ſit potens ſȝ ñ ſaluat
impios ⁊ iudiciū paupibꝰ tribu
it. Non auferet a iuſto oculos ſu
os ⁊ reges in ſolio collocat ī ppe
tuū ⁊ illic erigūtur. Et ſi fuerint ī
cathenis ⁊ vinciant̄ funibꝰ paup
tatis indicabit eis opa eorū ⁊ ſce
lera eoꝝ ꝙ violēti fuerūt. Reuela
bitqȝ aurem eoꝝ vt corripiat ⁊ lo
quet̄ vt reuertātur ab iniq̄tate. Si
audierint ⁊ obſeruauerint cōple
bunt dies ſuos in bono ⁊ ānos ſu
os in gł ia. Si autē nō audierint
trāſibunt p gladiū ⁊ cōſumētur ī
ſtulticia. Simulatores ⁊ callidi ꝓ
uocāt iram dei neqȝ clamabūt cū
vincti fuerint Morietur ī tēpeſtate aī
ma eoꝝ ⁊ vitam eoꝝ inter effemi
natos Eripiet de āguſtia ſua pau
perē ⁊ reuelabit ī tribulacōe aurē
eius. Igit̄ ſaluabit te de ore angu
ſto latiſſime ⁊ nō habēte fūdam
tum ſubter ſe. Requies aūt mēſe tue
erit plena pinguedie. Cauſa tua
quaſi impij iudicata ē cauſaȝ iudi
ciūqȝ recipies. Non te ḡ ſupet ira
ut aliquē opprimas nec multitudo

donoꝝ inclinet te. Depone magni
tudinē tuā abſq; tribulacōe ⁊ om
nes robuſtos fortitudīe. Ne ꝓtra
has noctē ut aſcēdant ꝓpli ꝓ eis.
Caue ne declines ad iniq̄tatē. Hanc
enī cepiſti ſeq̄ poſt miſeriā. Ecce de
us excelſus in fortitudie ſua ⁊ nul
lus ei ſimilis in legiſlatoribꝫ. Quis
poterit ſcrutari vias ei⁹ ā quis po
teſt ei dicē opat⁹ es iniq̄tatē. Me
mēto q̄ ignores op⁹ ei⁹ de quo ce
cinerūt viri. Oēs hoies vident euꝫ
vn⁹ q̄ſq; intuet̄ ꝓcul. Ecce de⁹ mag
n⁹ vincēs ſciam nrāꝫ. Nūer⁹ āno
ruꝫ eius ineſtimabil. Qui aufert
ſtellas pluuie ⁊ effundit imbres
ad inſtar gurgitū. Qui de nubibꝫ
fluūt q̄ pretexūt cūcta deſup. Si vo
luerit extendere nubes q̄ſi tētoriū
ſuū ⁊ fulgurare lumine ſuo deſup
cardines q̄ maris opiet. p hec. n.
iudicat pplos ⁊ dat eſcā multis
mortalib⁹. In manib⁹ abſcōdit lucē
⁊ p̄cepit ei ut rurſus adueīat. An
nūtiat d ea amico ſuo q̄ poſſeſſio
ei⁹ ſit ⁊ ad eā poſſit aſcendere.

Ca. xxxvij.

Sup hoc expa
uit cor meū ⁊ emotuꝫ ē de lo
co ſuo. Audiet audicōnē in terro
re vocis ei⁹ ⁊ ſonuꝫ de ore illi⁹ ꝓce
dētem. Subter oēs celos ipſe cō
ſiderat ⁊ lumē illi⁹ ſup terminos
terre. Poſt eū rugiet ſonit⁹ tona
bit voce magtudīs ſue ⁊ nō īueſti
gabit̄ cuꝫ audita fuerit vox eius.
Tonabit deus in voce ſua mirabi
lit̄ q̄ facit magna ⁊ inſcrutabilia.
Qui p̄cipit niui ut deſcendat ī ter
rā ⁊ hyemis pluuiis ⁊ imbri forti
tudis ſue. Qui in manu oīm hoī
nū ſignat ut nouerit ſinguli opa
ſua. Ingrediet̄ beſtia latibulū ſuū
⁊ in antro ſuo morabit̄. Ab interi
orib⁹ egrediet̄ tempeſtas ⁊ ab ar
cturo frig⁹. Flante deo ↄcreſcit ge
lu ⁊ rurſū latiſſīe fundunt̄ aque.
Frumētū deſiderat nubes ⁊ nubes
ſpergūt lumē ſuuꝫ. Que luſtrāt cū
cta p circuitū quocūꝫ eas volūtas
gubnātis duxerit ad oē q̄d p̄cepe
rit ill' ſup faciē orb terrarū ſiue in
vna tribu ſiue in terra ſua ſiue ī q̄
cūq; loco mie ſue eas iuſſerit īueī
ri. Auſculta hec iob ſta ⁊ cōſidera
mirabilia dei. Nūquid ſcis q̄n p̄ce
pit de⁹ pluuiis ut oſtēderēt lucē nu
biuꝫ ei⁹. Nūq̄d noſti ſemitas nu
biū magnas ⁊ pfectas ſciās. Nō
ne veſtimēta tua calida ſūt cū pfla
ta fuerit t̄ra auſtro. Tu forſitā cū
eo fabricat⁹ es celos q̄ ſolidiſſimi
q̄ſi ere fuſi ſūt. Oſtēde nob q̄d dica
m⁹ illi. Nos q̄ppe īuoluimur tene
bris. Quis narrabit ei q̄ loq̄r. Eciā
ſi locut⁹ fuerit hō deuorabit̄. At nūc
nō vidēt lucē. Subito aer cogetur ī
nubes ⁊ vētus trāſiēs fugabit eas.
Ab aq̄lone aurū venit ⁊ ad dm formi
doloſa laudacō. Digne. n. inuenire
nō poſſum⁹. Magn⁹ fortitudie ⁊
iudicō ⁊ iuſtitia ⁊ enarrari nō p̄t.
Ideo timebunt eū viri ⁊ non aude
būt ↄtemplari omnes q̄ ſibi vidē
tur eē ſapiētes.

Ca. xxxviii.

Reſpōdēs autē dn̄s iob de tur
bine dixit. Quis ē iſte inuol
uēs ſnīas ſermonib⁹ impitis. Ac
cinge ſicut vir lūbos tuos interro
gabo te ⁊ rūde mihi. Ubi eras q̄n
ponebam fundamēta terre. Indi
ca mihi ſi habes intelligentiam.
Quis poſuit mēſuras ei⁹ ſi noſti.
vel q̄s tetēdit ſup eā lineā. Super
quo baſes illius ſolidate ſunt.

Aut quis demisit lapidē āgularē
eius cū me laudarēt simul astra
matutina ⁊ iubilarēt ōnes filij dī
Quis cōclusit ostijs mare qn̄ erū
pebat quasi de vulua ꝓcedens cū
ponerē3 nubē vestimētum ei⁹ ⁊ ca
ligīe illud quasi pannis īfātie
obuoluerē3. Circūdedi illud tmi
nis meis ⁊ posui vecte3 ⁊ ostia ⁊ di
xi. Vsq3 huc venies ⁊ non ꝓcedes
ampli⁹ ⁊ hic cōfringes tumētes
fluct⁹ tuos. Nunqd post ortū tuū
p̄cepisti diluculo ⁊ ostēdisti auro
re locū suū ⁊ tenuisti ꝯcutiens ex
trema terre ⁊ excussisti impios ex
ea. Restituet vt lutū signaculū3
⁊ stabit sic vestimētū. Auferetur
ab impijs lux sua ⁊ brachiū3 ex
celsū ꝯfringet. Nunqd ingressus
es ꝓfundū maris ⁊ in nouissimis
abissi deambulasti. Nunqd aper
te sunt tibi porte mortis ⁊ ostia te
nebrosa vidisti. Nūquid cōside
rasti latitudinē terre. Indica m̄ si
nosti ōnia in q̄ via lux habitet ⁊
tenebrarum quis locus sit vt du
cas vnūqdq3 ad terminos suos
⁊ intelligas semitas dom⁹ ei⁹. Sci
ebas tūc ꝙ nasciturus eēs ⁊ nūerū
dierū tuorū noueras. Nunqd in
